



Specimen historico-dogmaticum de Arianismo

<https://hdl.handle.net/1874/300746>

SPECIMEN HISTORICO-DOGMA TICUM

DE

ARIANISMO.

ИСТОРИЯ ИСТОРИКО-ПОЛИТИЧЕСКАЯ

ОБЩАЯ

51

SPECIMEN HISTORICO-DOGOMATICUM
DE
A R I A N I S M O,
QUOD,
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNEICI
P E T R I H A R T I N G,
MED., CHIR. ET ART. OBST. DOCT. ET PROF. ORD.,
NEC NON
AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,
ET
NOBILISSIMÆ FACULTATIS THEOLOGICÆ DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN
THEOLOGIA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,
IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,
PUBLICO AC SOLEMNI EXAMINI SUBMITTET
J A C O B U S C R A M E R,
Rotterdamus.

A. D. XI M. JUNII ANNI MDCCCLVIII, HORA I.

Trajecti ad Rhenum,
APUD KEMINK ET FILIUM, TYPOGR.
MDCCCLVIII.

SPEDIMEN HISTORICO-BOGATTON

A R I A N I S M O .

ANNO DOMINI MDCCLXXII

P E T R I H A R T I N G .

AVGVSTVS ET RELIGIOE SACRAMENTVM CONSERVAVIT

CONSERVAVIT TAVTAVTIS TAVTAVTIS TAVTAVTIS

Dr. G. G. G. G. G.

THEOLOGICVS AVTAVTIS AVTAVTIS

AVTAVTIS AVTAVTIS AVTAVTIS AVTAVTIS

AVTAVTIS AVTAVTIS AVTAVTIS

J A G O R I U S G R A M M A T I C A

AVTAVTIS AVTAVTIS AVTAVTIS

AVTAVTIS AVTAVTIS AVTAVTIS

AVTAVTIS

PARENTIBUS

OPTIMIS CARISSIMIS

SACRUM.

PARENTIBUS

OPTIMIS CARISSIMIS

AGENDA

PRAEFATIO.

Specimen meum academicum, quo summos in Theologia peterem honores, me tandem absolvere potuisse, admodum gaudeo; gaudio vero illi quidam dolor immixtus est. Nimirum doleo me, a proposito decedere coactum, spem frustratam esse, hisce plura publici juris faciendi. Etenim monographiam de Arianismo conscribendam mihi proposueram, ad quod argumentum prima effecit ut oculos converterem quaestio a Societate Hagana, exeunte hujus saeculi anno 55, proposita, ita se habens: „ Quae fuit sententia Arii ejusque sectatorum de persona CHRISTI? „ Quibus formis Arianismus per saeculorum decursum indutus est? Quale judicium hac de sententia habendum est?“ De hujus disquisitionis duabus partibus prioribus specimen scribere inaugurale, illique simul ampliorem commentationem de tota quaestione, vernaculo sermone datam, addere in votis habui (qua ratione argumentum tractare multas ob causas malui, quam monographiam de Arianismo Latino sermone conscribere); ut vero saepe fit, diffi-

cultates in elaborando majores compertus sum, quam prima specie mihi visae erant. Idcirco consilium abjicere debui, et a lectoribus (si quos nactus ero) peto, ut vocabulum „simul” mutant in vocabulum „aliquanto post.” Scilicet nunc tantum duas meae disputationis partes in lucem edo, in quibus Arii Arianorumque sententiam de persona CHRISTI, nec non formas, quibus Arianismus postea est indutus, exponere volo, (tertiac partis conspectum his non addidi, cum quia perdifficile est, tot tantasque res in breve cogere, tum quod inutile mihi visum est) pollicitus, me postea (fortasse exeunte hocce anno, nisi qua interciderint) criticam partem historicae partis epitomae adjuncturum, ut ita propositum monographiae de Arianismo conscribendae peragerem.

Haec de opere meo praemonenda censeo. At vero Vobis, Carissimi Parentes! specimen hocce, meorum studiorum primitias, dicavi, ut gratum erga Vos ostenderem animum. Quibuscum aetiori pietatis vinculo junctus essem, quam vobiscum, qui nunquam meae felicitati salutique quam maxime consulere desiistis, quorum amori debeo, quod voto meo Theologiae operae navandae satisfaceret, quorum amor effecit, ut nunc habeam quod maximo gaudio afficiar. Nunquam beneficiorum, quae in me contulistis, non meminero, Optimi Parentes! Summo amore me semper Vos colere, spero fore ut magis magisque pateat. Utinam me diligere pergatis! Utinam Deus O. M. diu Vos incolumes conservet meâ gratiâ omniumque qui caros Vos habent; beneficia sua in Vos effundat, suaeque gratiae thesauros in CHRISTO largiter Vobis tribuat!

Multum Tibi debeo, Vir Clarissime VINKE! Promotor amicissime! pro omnibus, quibus hoc specimen conficiendum curasti. Gratias Tibi ago quam maximas pro benevolentia, qua me affectisti, Promotoris partes suscipiendo, pro singulari humanitate, quam saepe expertus sum, pro amicitia, cujus iudiciis non semel laetatus sum, pro consiliis, quibus frui mihi contigit, pro auxilio, quo non tantum hisce diebus, sed etiam per omne tempus, per quod Theologiae operam navabam, studia mea adjuvisti. Utinam Deo placeat, sanitate viribusque Tibi augendis, diu Te conservare in Academiae salutem! Institutionis Tuae fructus uberrimos reddat!

Vos quoque grato animo recordor, Viri Clarissimi BOUMAN et TER HAAR. Per tres annos institutione Vestra frui mihi licuit, pro qua, ut etiam pro praeceptis et benevolentia, quibus optime de me meriti estis, semper me gratum fore credatis! Ne oblivioni me tradatis! Ne Deus Vobis auxiliari unquam desinat, ne quid impediatur quominus Academiae emolumento diu sitis!

Neque te praetermittere volo, Doctissime VAN DEN HAM, sacrarum in urbe Rheno-Trajectina antistes! Ne me unquam obliturum credas privatae Tuae institutionis, qua per biennium me usum esse admodum laetor. Non minimum locum occupas inter eos, qui studiis meis affuerunt, amorem scientiarum aluerunt, vitamque academicam fructuosam jucundamque reddiderunt. Pater Coelestis, omnium bonorum fons et auctor, omnibus nominibus propitius Tibi adsit, ut, integris animi corporisque viribus, Ecclesiae Academiaeque saluti esse pergas.

Me vos quoque memorare inter eos, quibus multa debeam, Sodales amicissimi! nemo vestrum aegre feret. Nec vestrum, quibuscum sodalitiū זכרדבר me conjunxit, nec vestrum, quibuscum, sinon sodalitiū quodam, saltem amicitiae vinculis junctus fui, nominatim tui, amicissime LAMERS! cujus, hac in urbe gravi munere functi, familiari consuetudine postremo anno uti mihi contigit, facile obliviscar; nunquam horarum memoriam dies delebit, quibus de uno alterove doctrinae capite disputavimus et verum indagare studuimus, quibus de variis rebus, quas juvenes iique Theologiae operam dantes magni habere solent, collocuti sumus, quibus conjunctim vires consecravimus Conservatoris nostri regno tam extra patriam quam in vicinia nostra provehendo. Vos quoque horas illas memoria tenere, neque mei plane oblituros esse, persuasum habeo. Amicitiae vinculum constrictos nos teneat, etiamsi tempus praetereat, atque locorum distantia me a vobis distrahat!

Scripsi Roterodami,

1 Jun. 1858.

CONSPECTUS.

INTROITUS Pag. 1.

PARS PRIMA.

ARI ET ARIANORUM SENTENTIA DE FILII DEI
NECESSITUDINE CUM PATRE.

SECTIO PRIOR.

ARI sententia de Filii necessitudine cum Patre . . . 11.

§ 1. ARI sententia de Filii necessitudine cum Patre,
quam in *utraque epistola* ad EUSEBIUM Nico-
mediensem et ad ALEXANDRUM professus est . . 12.

§ 2. ARI sententia de Filii necessitudine cum Patre,
quam in *Thalia* professus est 19.

SECTIO ALTERA.

ARIANORUM sententia de Dei Filii necessitudine cum
Patre 23.

PARS SECUNDA.

	Pag.
FORMAE, QUIBUS ARIANISMUS VARIIS TEMPORIBUS EST INDUTUS	44.

SECTIO PRIMA.

S. CLARKII sententia de Filii Dei necessitudine cum Patre, sive Arianismus Sociniana forma indutus . . .	47.
---	-----

SECTIO SECUNDA.

P. W. BROUWERI sententia de Filii Dei necessitudine cum Patre, sive Arianismus Berylliana forma indutus	59.
--	-----

SECTIO TERTIA.

Sententia Cl. P. HOFSTEDE DE GROOT de Filii Dei necessitudine cum Patre, sive Arianismus Docetica forma indutus	71.
---	-----

INTROITUS.

Qui Christianorum dogmatum historiae non prorsus ignarus est, facile agnoscit doctrinae historiam de JESU CHRISTI Sospitatoris nostri persona praecipuum in ea obtinere locum. Quot sententiae hac de persona latae sunt! Quot lites de quaestione solvenda, quis JESUS CHRISTUS sit, ecclesiam agitarunt! Nemo hoc mirabitur qui secum reputet, quanti ecclesiae necessario interesset Conditoris personam recte cognitam habere, quantumque Conditor ipse rectae suae personae cognitioni tribueret pretium. Omnes vero illas sententias litesque non aequae magni habendas esse facile intelligimus; ecclesiae Christianae historiam qui noverit, nec non intellexerit quantum in ea valeret partium studium, consentientem habebimus, dicentes ex acerbitate, qua lites sint actae,

non semper effici quanti essent momenti, imo de rebus levissimis vel vehementissime et acerrime nunquam esse certatum. Tamen maxima nobis utendum est prudentia in dijudicando, quam vim in varias controversias habuerit studium partium. Cui quam saepe tribuitur quod non nisi veri studii est effectus! Quo, fere semper sanctissimis propositis immixto, quoties se duci patiuntur multi ad internam multarum litium rationem negligendam, ipsi partium studio aut indifferentismo quodam cum ducti sint! Ab erroribus illis cavendi nobis monstratam videmus viam in methodo, quam recentiori inprimis aevo viri docti secuti sunt, qui dogmatum historiae indagandae operam dederunt. Dogmata ipsa nos spectare docet, vinculo quo placita inter se juncta sint indicando lites necessarias fuisse ad veri indagationem ostendit, placitorumque momentum non e modo judicat, quo sint defensa aut oppugnata, sed e loco, quem in doctrinae de CHRISTI persona explicatione obtineant. In qua egregium locum occupare *Arianismum*, recentiorum historico-dogmaticorum methodum secuti, jure statuere posse nobis videmur; accurata igitur disquisitione dignum eum habemus, quam et persuasum nobis sit illa sententia de persona CHRISTI ¹⁾ indaganda et exploranda fieri non

1) *Arianismum* sententiam de persona CHRISTI nos vocare multis

posse, quin rectae CHRISTI cognitioni, theologo CHRISTI nomen professo maximi habendae, multum afferatur lucis. — Si quis forte putet disquisitionem illam non admodum necessariam esse, quum tot tantique viri multam operam jam dederint in Arianorum sententiam de persona CHRISTI inquirendo ¹⁾ multaue vera egregie de ea dixerint, dicere nobis liceat nos horum clarorum virorum merita parvi non aestumare, verumtamen *monographiam de Arianismo* conscribi supervacaneum nobis non videri, hasce imprimis ob causas: 1^o. inter eos qui de Arianismo scripserunt sunt qui eum perverse exposuerint, sive errorem supra a nobis vituperatum, sive alios errores commiserint; 2^o. horum alii non nisi ARII ejusque sectatorum initio nostrae acrae viventium sententiam exposuerunt,

sane displicebit, monitaris ARII sententiam, quum sit sententia de necessitudine τὸν Λόγον inter et Deum, proprie ad Theologiam pertinere. — Causas ob quas *Arianismum* ita nominamus, hic non indicamus, quum a proposito nimis longe nos deduceret. Quum nobis contigerit tertiam partem nostrae disquisitionis duobus prioribus addere speramus fore ut pateat, nos non temere ita de ARII sententia judicasse.

1) Inter eos recensemus WALCH, *Historie der Ketzereien*, tom. 4; LANGE, *der Arianismus in seiner ursprünglichen Bedeutung und Richtung*, — in ILLGEN *Zeitschrift für hist. Theol.* IV: 2, V: 1; MÖHLER, *Athanasius der Grosse und die Kirche seiner Zeit, besonders im Kampfe mit den Arianismus*, 1827; BAUR, *die christliche Lehre von der Dreieinigkeit und Menschwerdung Gottes in ihrer historischen Entwicklung*; MEIER, *die Lehre von der Trinität in ihrer historischen Entwicklung*; DORNER, *Entwicklungsgeschichte der Lehre von der Person Christi*.

ad formas non attendentes, quibus postea est induta quaeque memoratu sunt dignissimae, imo multum lucis ipsi Arianismo afferunt; alii eas formas quidem animadverterunt, leviter vero eas tetigerunt, (quod non miramur si consideramus eos totius Christologiae historiam tradidisse) et quidem non omnes, (neque hoc mirandum si nobiscum reputamus eas, quas silentio transierint, in nostra patria viguisse et exteros scriptores nostrae theologiae historiam plane fere ignotam habere); 3°. iudicium de Arianismo quale habendum sit, etiam nunc valde inter se dissentiunt viri docti, imprimis in nostra patria; multis inter nostrates eum CHRISTI Apostolorumque doctrinae unice consentaneam habentibus sententiam de necessitudine Dei Filii cum Patre, alii valde eum increpant quod pugnet cum Sacra Scriptura et eum sanae rationis principiis. Quorum in iudicio acquiescere possemus, quippe et nostro, nisi via quam inierunt et qua una permulti Arianismum refutari existimant, nobis improbanda videretur, ut a CHRISTI Apostolorumque effatis plane aberrans.

Quae quum ita sint *monographiam de Arianismo* conscribendam nobis proposuimus, grato animo omnia accipientes quae a praestantissimis viris bene hac de re dicta esse nobis videntur. Ordinem quem in proponenda laudata quaestione secuta est societas Hagana, et nos sequi optimum rati, *primum* inquirere

conabimur, quid ARIUS et ARIANI de persona CHRISTI vel potius de Ejus necessitudine cum Patre¹⁾ censerint, tum formas attendemus, quas posthac induit Arianismus, denique judicium nostrum hac de sententia in medium proferemus. Ut jam in praefatione diximus, hîc tantum duas priores nostrae disquisitionis partes tractabimus, quibus postea tertiam adjungere in animo habemus. Fontes consulentes ex quibus ARII fautorumque Arianismi sententia hauriri potest, auctores ipsos loquentes inducemus, quo melius ab omni partium studio caveamus meliusque

1) ARII doctrinam sententiam de Filii necessitudine cum Patre potius dicentes, quam sententiam de persona CHRISTI, significare volumus id quod *Arianismo* proprium est. Procul dubio quidem ARII sententia de Filio ante mundum conditum a Deo creato magnam vim habere debuit in ejus sententia de tota persona CHRISTI, de vinculo quod Ejus humanae naturae intercedat cum superiori natura; negari quidem non potest EUNOMIUM aliosque Arianos aliquid hac de re docuisse, negandum vero est hoc *Arianismo* proprium esse. Ut enim probe scimus ARII doctrinam de Filii necessitudine cum Patre magnam vim habuisse in ejus sententia de Dei essentia Ejusque necessitudine cum mundo, verumtamen hanc sententiam ARIUM ab aliis distinguere negamus, sic etiam Arianis non propriam esse putamus opinionem de τῷ Ἀόρῳ spiritus humani in CHRISTO locum tenente (de qua quid ARIUS docuerit ignoramus), quamvis hujus haereseos ab adversariis sint accusati. Quum igitur de *Arianismo* conscribere velimus monographiam, non nisi id spectamus quod eum ab omnibus distinguit sententiis de persona CHRISTI, quod nihil aliud esse nisi hocce: *ea persona quae Jesu Christi nomine inter homines apparuit ante mundum conditum a Deo e nihilo est creatus, quis est qui non videat?*

judicare possint lectores an ea quae effatis Ariano-
rum ipsis addiderimus recte ex illis efficiantur.

In antecessum pauca nobis monenda sunt de Chri-
stologiae explicatione ante-Ariana, quo melius
intelligamus, quem locum in ea obtineant Ariani,
clariusque horum sententia nobis ante oculos pro-
ponatur.

Christianae religionis inimicis nos CHRISTI nomen
professos multum debere, neque minimum quod ad
Christianae doctrinae expositionem, nemo in dubium
vocabit, qui inspexerit quae JESUS Apostolique do-
cuerunt, materiam nacti e Judaeorum aggressionibus.
In hac expositione doctrina necessitudinis, quae JESU
est cum Patre, haud minimum occupat locum. Quan-
topere explicata est a Conservatore nostro in orationibus
apologeticis coram populo habitis! Quam ansam
φειδάνυμμε γνώσις Apostolis dedit ad Christologiam
illustrandam! Neque aliter rem se habuisse post-
quam Apostoli de vita decessissent, testatur historia.
Judaicum quidem imperium subversum, Judaismus
vero nondum mortuus erat; cum Ethnicismo con-
junctus perrexit offensam oppugnare doctrinam Filii
necessitudinis cum Patre, neque desiit ecclesia apo-
logetice adversus eos agere atque ita Christologiam
suam excolere. Tam Ebionitis Judaicis, qui CHRIS-
TUM merum hominem esse statuebant, quam Gnosticis
Ethnicis, qui CHRISTUM unum e multis aeonibus ha-

bebant, qui e Deo emanavissent, τοῦ Λόγου doctrinae expositionem a manu Christianorum Apologetarum debemus, inter quos JUSTINUS M. et IRENAEUS primi in censum veniunt. Apologetae illi JESUM non merum hominem, sed τὸν Λόγον ἔνσαρκιον esse, eoque ipso omnibus creaturis antecellere monuerunt; et quamvis fatendum sit eorum plerosque Platonizantes de Λόγῳ illo, in CHRISTI persona manifestato, claras non habuisse notions, maximeque eos inter se dissensisse de modo, quo τοῦ Λόγου Divinitas cum Dei unitate in concordiam redigi posset, ita ut alii τὸν Λόγον e Dei essentia profluxisse putarent, alii eum Deo plane subordinarent, alii eum προφορικὸν factum esse censerent, sive universi creationis, sive incarnationis tempore, antea ἐνδιάθετος in Deo cum esset, in eo tamen omnes conveniebant Apologetae ut divini quid in CHRISTO inesse affirmarent, quod Λόγον appellarent. Notio vero illa CHRISTI Divinitatis valde indefinita cum esset, ecclesiae opus fuit qui ansam ipsi darent ad eam accuratius definiendam atque placitum τοῦ Λόγου Deitatis ulterius excolendum. Eos nacta est; non vero ut antea in religionis Christianae inimicis, sed in sociis ipsis, quos placitum laudatum offendit, quippe quod pugnare iis videretur cum Dei unitate. Hujus unitatis propugnatores se professi, unde *Monarchiani* nominati sunt, vel τὸν Λόγον non nisi vim efficacitatemve divinam in

CHRISTO habitantem habuerunt (*Artemonitae, Monarchiani dynamistici*) vel τοῦ Λόγου ἐνσάρκου personalitatem a Patris personalitate non distinguentes, Deum et τὸν Λόγον unum eundemque habuerunt (*Sabelliani, Monarchiani modalistici*). — Ecclesiae defensores non defuerunt. In primis TERTULLIANUS magnique *Alexandrini* CLEMENS et ORIGENES CHRISTI Deitati, a Patris Deitate distinctae, defendendae se devoverunt, neque malo successu. *Sabellianismus* enim, quamvis haud sine multo labore, plane est devictus, ita ut exeunte saeculo tertio nemo fere adesset qui τοῦ Λόγου vel Dei Filii ¹⁾ personalitatem in dubium vocaret. Neque meliore fortuna usus est *Artemonitismus*, de quo facilius victoriam reportavit ecclesia, Filii praesistentia extra omnem dubitationem ponenda. Quid? quod multi, ORIGENEM secuti, jam inde ab aeternitate Filium cum Patre exstitisse atque divinae naturae fuisse participem putarunt. Quaestioni, qua ratione Deitas illa Filii personalis in concordiam redigi posset cum Dei unitate, responderunt ad unum omnes patres ecclesiae docendo Filium non a se ipso Deum esse, sed a Patre, Eum esse generatum ideoque Deo subordinatum. Hoc responsum multis

1) Inde a TERTULLIANO, qui multas perversas opiniones evitari meliusque CHRISTI Deitatis personalitatem significari censuit voci τοῦ Λόγου voce τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ substituenda, hanc vocem usurpavit ecclesia ad divinam CHRISTI naturam indicandam.

aliis quaestionibus ansam dedisse sponte intelligitur. Quid Filium, in Patre existentiae causam habentem, distinguit a rebus creatis, quae similiter ac ille existentiam Deo debeant? Num is qui generatus est aeternus esse potest? Num eum qui Deo subordinatus est Divinae naturae socium habere possumus? Hujusmodi quaestiones non proponi non potuerunt ab iis, qui adversarii erant ecclesiasticae expositioni CHRISTI Deitatis doctrinae; *Arianis*que opus fuit ecclesiae ut his quaestionibus responderet. Si quis miretur ecclesiae, tam bono successu adversus eos quem pugnasset, qui CHRISTUM *ψιλὸν ἄνθρωπον* habuissent, tantam operam adhibendam fuisse ad Arianos devincendos, cogitet acerrimam pugnam, quam iniit ecclesia cum *Sabellianismo*, et acerrimum odium, quo fere omnes eum devictum habuerunt. Haud facile quisquam exeunte saeculo tertio placitum sibi eripi passus esset, Filium esse personam a Patre distinctam, quo pluris nullum duxerit ecclesia. Non mirandum igitur multos ARIO, in cujus doctrina Filii personalitati insignis designetur locus, applausisse, ut unicum remedium praebenti ad offensam SABELLI haeresin evitandam. Neque silentio praetermittendum est, Arianos non ut Ebionitas et Artemonitas CHRISTUM *ψιλὸν ἄνθρωπον* habuisse, sed Ejus praexistentiam ante mundum conditum docuisse, ita ut ecclesiae non eadem res esset cum illis, quae cum

Monarchianis dynamisticis. Quibus accedunt repugnantiae tam frequenter in doctrina maximorum ecclesiae patrum (velut ORIGENIS et TERTULLIANI) occurrentes et oppositionem necessariam reddentes. Est igitur quod laetemur, ecclesiam ex *Arianismo* oportunitatem nactam esse ad repugnantias istas e doctrina sua amovendas, ad ostendendum Filii Deitatis doctrinam, feliciter contra haeticorum aggressiones defensam, quamvis litibus cum *Sabellianismo* quasi obumbratam, non pugnare cum Filii personalitate, verbo ad Christologiam in meliore luce ponendam. Qua ratione hanc operam ecclesiae daret ARIUS, quid docens, quid negans, nunc nobis videndum est.

PARS PRIMA.

ARIi ARIANORUMQUE SENTENTIA DE FILII DEI
NECESSITUDINE CUM PATRE.

SECTIO PRIOR.

ARIi SENTENTIA DE FILII NECESSITUDINE CUM PATRE.

ARIi, presbyteri Alexandrini, acerrimi *Sabellianismi* oppugnatoris, sententiam de Filii necessitudine cum Patre, quam opponendam sibi esse putavit opinionibus episcopi sui ALEXANDRI, *Sabellianismum* redolentibus, cognoscere possumus ex iis quae ATHANASIUS et EPIPHANIUS nobis conservarunt, sc. ex ejus epistolis ad EUSEBIUM NICOMEDIENSEM et ad ALEXANDRUM (apud EPIPHANIUM *haer.* 69 §§ 6-8), et e fragmentis primarii ejus operis *Θαλασσις* (apud ATHANASIUM *Or. c. Ar.* I. §§ 5, 6, 9; II. § 24, alibi). Quum nobis apparuerit ARIUM ulterius esse progressum in *Thulia*, quam in utraque epistola,

primum ejus epistolas consulemus, *deinde* Thaliae fragmenta ¹⁾).

§ 1.

ARIUS *sententia de Filii necessitudine cum Patre, quam in utraque epistola ad EUSEBIUM NIC. et ad ALEXANDRUM professus est.*

„Unus est Deus, solus ἀγέννητος, solus aeternus, „causa omnium quae sunt ²⁾); mundum creare in „animo habens, immediate vero eum a se creari „non posse sciens, primum aliquem genuit, quem

1) Quamquam discrimen agnoscimus inter doctrinam in ARII epistolis expositam, et doctrinam quam ARIUS in Thalia professus est, discrimen non tantum nobis videtur, quantum L. LANGIO (in commentatione de Arianismo supra laudata) qui Thaliae fragmenta nobis conservata ab ARII adversariis corrupta esse conjicit. Discrimine enim convenientiam majorem habemus, quum omnia, quae in Thalia sunt explicita, jam implicite et potentia epistolis contineantur. Confirmatur hoc judicium nostrum „*epistola encyclica*“ ab episcopo ALEXANDRO ante Thaliae confectionem episcopis dioecesis scripta, in qua Arianam haeresin copiose tradens nonnulla effata commemorat Ariana, quae in ARII epistolis frustra quaerimus, in Thalia vero inveniuntur. Nisi igitur ALEXANDRI quoque fidem historicam in dubium vocamus, luculenter ex illa epistola patet, opiniones in Thalia prolatas ab ARII sententia non esse alienas. Cf. de hac epistola encyclica HEFELE, *Entstehung und Charakter des Arianismus*, — in *Theol. Quartal-schrift* 1851, pag. 204—209.

2) Ὅτι ἀγαμεν ἕνα Θεόν, μόνον ἀγέννητον, μόνον ἀίδιον (Ep. ad Alex.). Ὅτι μόνος καὶ ἀρχὴ τῶν πάντων (ibid.).

„ Verbum et Filium appellavit, ut per eum univer-
„ sum crearet ¹⁾. Filius igitur ille non aequae aeter-
„ nus est ac Pater ²⁾; non exstitit antequam genera-
„ tus est ³⁾; Pater est ante omnia eoque ante Filium
„ quoque ⁴⁾. Quamvis non aeternus, tamen ante om-
„ nia tempora generatus est Filius ⁵⁾; omnia quae
„ habet a Patre accepit, tam essentiam vitamque
„ quam dignitates, ἀγεννησία quum Pater se non pri-
„ vaverit ⁶⁾; omnia quae accepit Patris voluntate et

1) Θέλων ὁ Θεὸς τὴν γενιτὴν κτίσαι φύσει, ἐώρα μὴ δυναμένην αὐτὴν μετασχεῖν τῆς τοῦ πατρὸς ἀφράτου καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ δημιουργίας, ποιεῖ καὶ κτίζει πρῶτος μόνος μόνον ἓνα καὶ καλεῖ τούτου υἱὸν καὶ λόγον, ἓνα τούτου μέσου γενομένου οὕτως λοιπὸν τὰ πάντα δι' αὐτοῦ γενέσθαι δυναθῆ (Ath. Or. c. Ar. II. § 24). Verba illa, quorum auctorem ARIUM laudat ATHANASIUS, nihil monens de scripto in quo inveniantur, facilius iis addi posse arbitramur, quae in utraque epistola, quam quae in Thalia dixerit ARIUS. Cf. DORNER l. l. I. pag. 819, qui recte monet verbis illis altius Filio attribui praedicatum, quam ut doctrinae in Thalia expositae accommodari possint. Praeterea eandem fere sententiam, quae verbis exprimitur ab ATHANASIO nobis conservatis, in epistola ad ALEX. expressam videmus: Ἄλλ' ἀχρόνως πρὸ πάντων γεννηθεῖς, μόνος ὑπὸ μόνου τοῦ πατρὸς ὑπέστη.

2) Οὐδὲ γὰρ ἔστιν ἀϊδιος ἢ συναϊδιος ἢ συναγέννητος τῷ πατρὶ οὐδὲ ἅμα τῷ πατρὶ τὸ εἶναι ἔχει (Ep. ad Alex.).

3) Οὐκ ἦν πρὸ τοῦ γεννηθῆναι (ibid.).

4) Ὡς ἀρχὴ τῶν πάντων, οὕτως ὁ θεὸς πρὸ πάντων ἔστιν, διὸ καὶ πρὸ τοῦ υἱοῦ ἔστιν. (ibid.). Πρὸ αὐτοῦ ἔχω τὸ εἶναι (ibid.).

5) Ὑπέστη πρὸ χρόνων καὶ πρὸ αἰώνων (Ep. ad Eus.). Ὁ δὲ υἱὸς ἀχρόνως γεννηθεῖς ὑπὸ τοῦ πατρὸς καὶ πρὸ αἰώνων κτισθεῖς (Ep. ad Alex.).

6) Τὸ ζῆν καὶ τὸ εἶναι παρὰ τοῦ πατρὸς εὐληθότα καὶ τὰς δόξας συνυποστήσαντος αὐτῷ πατρὸς· οὐ γὰρ ὁ πατὴρ δοῦς αὐτῷ πάντων τὴν κληρονομίαν ἐστέργησεν ἑαυτὸν τοῦ ἀγεννήτως ἔχειν ἐν ἑαυτῷ (Ep. ad Alex.).

„consilio accepit¹⁾. Itaque emanatio Dei non est,
„ut VALENTINUS affirmavit, neque Patris essentiae
„pars, ut MANICHAEI dixerunt, neque Filius idem-
„que Pater (υιοπάτηρ), ut SABELLIUS docuit, neque
„lampas lampade accensa, ut HIERAKAS putavit²⁾;
„omnia enim haec Divinam substantiam dividuam,
„mutabilem et corpoream esse ponunt, quae attri-
„buta quum in Deum non quadrent³⁾, non e Dei
„essentia genitus est Filius neque e materia quadam
„sed e nihilo; ergo est creatura⁴⁾, minime vero ut
„aliae creaturae, sed creatura perfecta, immutabilis,
„perfectus unigenitus Deus”⁵⁾.

1) Θελήματι καὶ βουλή ἰπέστη (Ep. ad Eus.). Ὑποστήσαντα ἰδίου
θελήματι (Ep. ad Alex.).

2) Οὐδ' ὡς Οὐαλέντινος προβολὴν τὸ γέννημα τοῦ πατρὸς ἔδογματισεν
οὐδ' ὡς Μανιχαιοὺς μέρος ὁμοουσίου τοῦ πατρὸς τὸ γέννημα εἰσκηγίαστο
οὐδ' ὡς Σαβέλλιου ὁ τὴν μονάδα διαιρῶν υιοπάτρα εἶπεν οὐδ' ὡς Ἱεράκας
λύχνον ἀπὸ λύχνου, ἢ ὡς λαμπάδα εἰς δύο (Ep. ad Alex.). Οὐδὲ μέρος
ἀγενήτου κατ' οὐδένα τρόπον (Ep. ad Eus.).

3) Καὶ εἰ τὸ „ἐκ πατρὸς ἐξῆλθον καὶ ἦγον” ὡς μέρος τοῦ ὁμοουσίου
καὶ ὡς προβολὴ ὑπὸ τινων νοεῖται, σύνθετος ἔσται ὁ πατήρ καὶ διαίρετος
καὶ τρεπτός, καὶ σῶμα κατ' αὐτοὺς καὶ τὸ ἔσον ἐπ' αὐτοῖς τὰ ἀκόλουθα
σώματι πάσχον ὁ ἀσώματος θεός (Ep. ad Alex.).

4) Διὰ τοῦτο διωκόμεθα καὶ ὅτι εἶπομεν ἐξ οὐκ ὄντων ἐστὶν οὕτως δὲ
εἶπομεν καθότι οὐδὲ μέρος θεοῦ ἐστὶν, οὐδὲ ἐξ ὑποκειμένου τινός (Ep.
ad Eus.).

5) Ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον, κτίσμα τοῦ θεοῦ τέλειον, ἀλλ' οὐχ ὡς
ἐν τῶν κτισμάτων, γέννημα, ἀλλ' οὐχ ὡς ἐν τῶν γεννημάτων (Ep. ad
Alex.). Πλήρης θεὸς μονογενής, ἀναλλοίωτος (Ep. ad Eus.).

Negari non potest hanc sententiam de Filii necessitudine cum Patre, quam ex utraque ARII epistola cognovimus, multis nominibus convenire cum iis, quae patres ecclesiae jam docuerant; dubitandum vero est an convenientia tanta sit, ut ARIUS fidem, quam profitetur, a patribus se accepisse jure dicere possit¹⁾. Disertis sane verbis Filii praexistentia ante mundum conditum et ante omnia tempora ab eo docetur; primus sane non dicit Filium voluntate Dei esse generatum Patrique esse subordinatum²⁾; ab ecclesia sane non recedit, Filium omnia sua a Patre accepisse praedicans; discrimen vero maximum non esse inter eum et doctores ante-Arianos inde non sequitur. Quis enim eorum Filium Dei e nihilo procreatum esse docuit? Subordinatianismus quidem a nullo patre in dubium vocatus est, nemo vero statuit Filium, Deo subordinatum, Dei esse

1) Sic enim exorditur epistolam ad ALEXANDRUM: ἡ πίστις ἡμῶν ἡ ἐκ προγόνων, ἣν καὶ ἀπὸ σου μεμαθήκαμεν, μακάριε Πατὴρ, ἐστὶν αὐτῆ.

2) Prodromi ARII hac in re in primis fuere ORIGENES et DIONYSIUS *Alexandrinus*. De hujus sententia valde certatum est (Cf. ATHANASIUS, *de sententia Dionysii*). Alii eum Arianum ante ARIUM habuerunt, alii eum non ulterius ORIGENE progressum esse dixerunt. Procul dubio distinguenda sunt scripta ejus priora a posterioribus; in illis quidem multa Ariana docuit, in his vero multa retraxit aut Origenistice explicuit. Cf. judicium quod DORNER de ejus sententia fert l. l. I. p. 744, quocum plane facimus.

creaturam¹⁾. Filium Dei e Dei essentia profluxisse multi, emanationis doctrinae Gnosticae metu imbuti, negarunt, num vero inde efficitur ut cum ARIO existimarent Filium eodem modo quo caeteras creaturas a Deo vitam accepisse? Filius est persona a Patre distincta, ecce doctrina quam, bono successu contra Sabellianos defensam, Ecclesia non dubitavit, num vero ei persuasum fuit, hanc doctrinam non defendi posse nisi Filio creatura habito? — His quaestionibus negando respondendum esse, historia docet²⁾. — Inde quidem non consequitur ut nullum

1) Primorum saeculorum patres Filium Patre inferiorem habuisse, s. CLARKE in libro: *The scripture doctrine of the Trinity* 1732, et post eum inter alios GRONINGANI Theologi in *Compendio Dogmatices* 1848, pag. 94-99 copiose demonstrarunt. Quo consilio? Sine dubio ut suae sententiae fautores eos fuisse ostenderent. Procul dubio tamen fautores Arianismi non fuerunt patres ecclesiae ante-Ariani. Aliud enim est Subordinatianismus, aliud Arianismus; dicere quidem licet: Subordinatianus sibi constans Arianus fieri debet, minime vero licet historiae contradicere patribus ante-Nicaenis Arianis annumerandis. ATHANASIUM ipsum, *ἐμμουσίας* defensorem, Filium Patre minorem habuisse notum est; quis vero patrem illum orthodoxiae *Arianum* fuisse contendet?

2) Discrimine indicando Arianam doctrinam inter et ante-Arianam nostrum consilium non est ARIUM haeretici nominis notare; indicare tantum volumus aliquid esse, quod ARIUM ab aliis distinguat. Hoc indicare necesse est non tam propter exordium laudatae epistolae ad ALEXANDRUM, quo idem ac majores se docere affirmat ARIUS (facile enim intelligitur haeticam haeticum nolle haberi), quam quod etiam nunc sunt, qui ARIUM quoad summam plane convenire cum majoribus contendunt. Inter hos imprimis memorandus est LANGE, qui in

vinculum ARIUM jungeret cum ejus majoribus; ut enim jam vidimus ad multos provocare potuit ARIUS, qui complures lapides, quibus ipse suae doctrinae aedificium construeret, ipsi praebuissent. Jure vero ex observatis efficere nobis videmur ARIUM, quamvis multis concessis usum, aliquid docuisse ab ecclesiastica doctrina de persona CHRISTI distinctum, eique inimicum. Quid hoc esset jam diximus: *Filius Dei*

commentatione de indole Arianismi hanc opinionem defendere studuit. Nobis non persuasit, quum e tota ejus expositione Arianismi luculenter pateat, quam falsa sint praemissa, quibus opinionem suam superstruat. Ubi enim dicit, lites ALEXANDRUM inter et ARIUM exortas tantum *dialecticam fuisse procurationem*, victoriamque, quam fides orthodoxa reportaverit, *majori tantum hierarchiae auctoritati* tribuendam esse, prorsus ignarum se praestat LANGR indolis litem Arianarum. In quibus omnem dialecticae hierarchiaeque vim negare nobis non opus est ad statuendum, discrimen inter ARII et ALEXANDRI doctrinam majus fuisse, quam quod dialectica tolli posset, et praeter hierarchiam alias causas, casque majoris ponderis, fecisse ut Nicaenismus victor evaderet. Quum igitur praemissa LANGR falsa habeamus, neque conclusionem rectam esse opinamur; is enim qui *»Arianas lites a Dialectica originem ducisse»* non putat, pugnamque inter ARIUM ejusque adversarios aliud quid fuisse censet, quam mutuum studium, q. d. *Consequenzmacherei*, ARIUM ejusque majores diversam viam ingressos esse non existimare non potest.

Ceteroquin nemo aegre ferat, nos tam copiose agere de hoc discrimine ARIUM inter et majores; magni enim nostra refert, monographiam de ARIANISMO cum conscribere velimus, bene cognitum habere quid ARIUM ab aliis distinguat, ut ita judicare possimus, quis ARIANISMI accusandus sit, quis absolvendus, neque a vero aberremus in formis dijudicandis, quibus ARII sententia per saeculorum decursum sit induta.

ante mundum conditum a Deo e nihilo est creatus. —
Qua ratione cum hoc effato praedicata, quae Filio
prae caeteris creaturis dedit ARIUS, in concordiam
redigi possint, non comprehendimus. Quonam tan-
dem jure Filius *πληρῆς θεός μονογενής* vocatur¹⁾?
Quo jure a caeteris creaturis ut *ἄτρεπτος καὶ ἀναλ-
λοίωτος* distinguitur²⁾? Num quis perfectus Deus im-
mutabilis simulque e nihilo creatus dici potest?
Quaeritur an ARIUS ipse putaret se hanc repugnantiam
tollere posse; potius credimus metum a *πίστει προθύ-
ων* recedendi eum movisse ad praedicata illa retinenda.
Tamen fieri potuit, ut ipse nec clare perspiceret,
quid e thesi: Filius Dei est creatura, consequeretur,
et opinaretur se optime Filium ut Deum unigeni-
tum immutabilemque a caeteris creaturis distinguere

1) In *Ep. ad EUS.*

2) In *Ep. ad ALEX.* Memoratu dignum est Filium in *Thalia* ab
ARIO vocari: *τρεπτόν τῇ φύσει*, quod multi priori enunciato non re-
pugnare demonstrare studuerunt; sic praeter alios RITTER *Geschichte
der Philosophie*, tom. 6, pag. 25; NEANDER in *historia religionis
ecclesiaeque Christianae*, ed. belg. IV. p. 36; HEFELE, l. l. pag.
211. Hi praedicata *ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον* non ad naturam, sed
ad voluntatem Filii pertinere dicunt, ARIUMQUE jam in *epistola ad
ALEXANDRUM* docere voluisse perhibent, Filium creatum naturam quidem
esse mutabilem, voluntate vero semper bona appetente immutabilem.
His assentire non possumus; non perspicimus enim quare tali modo
inconvenientia *utramque epistolam* inter et *Thaliam* nobis quaerenda
sit, neque intelligimus quidni qui *πληρῆς θεός μονογενής* dicatur, ita a
creaturis distingui possit ut naturam *ἄτρεπτος* vocetur.

posse, eum solum immediate creatum, eoque perfectam creaturam dicendo. Quidquid est, ARIUS ulterius procedere debuit; locus in ejus systemate Filio designatus magis vacillavit, quam qui conservari posset a viro, dialecticae tam perito. Optio ARIO facienda erat: vel altiora quae Filio dederat praedicata conservare, et Filii Deitatem agnoscere, vel praedicata illa missa facere, et Filium creaturis plane adaequare debuit. Eum progredi multo maluisse quam regredi, nos docet *Thalia*, princeps ejus opus, quod maximam partem in exsilio conscripsit. — E fragmentis, quae ATHANASIUS aliique nobis conservarunt, patet ARII sententiam de Filii necessitudine cum Patre huc redire:

§ 2.

ARIUS *sententia de Filii necessitudine cum Patre, quam in Thalia professus est.*

„Non semper Deus fuit Pater; aliquamdiu enim
„solus sine Filio fuit. Non semper existit Filius;
„antequam enim generatus est non existit¹⁾. Quum

1) Οὐκ αἰεὶ ὁ Θεὸς πατὴρ ἦν, ἀλλ' ἦν ὅτε ὁ Θεὸς μόνος ἦν, καὶ οὐ-

„omnia e nihilo creata sint, et Filius e nihilo cre-
„atus est ¹⁾, idque quidem ut mundum crearet. Logos,
„Sapientia et Filius Dei vocatur, quae nomina Dei
„gratia ipsi imposita sunt. Naturâ scilicet Patris
„Logos non est; in Patre enim Logos jam fuit, au-
„tequam Filius generatus est, ita ut non nisi quod
„particeps sit τοῦ πατρικοῦ Λόγου ipse Filius Logos
„dici possit; sic et Dei Sapientia vocatur, quippe
„qui Patris sapientiae, qua generatus sit, particeps
„sit ²⁾; neque vera Dei vis est, sed una virium quae
„dicuntur divinarum ³⁾. Ut igitur ὀνόματι Logos et
„Sapientia nec non χάριτι Filius Dei appellatur, ita
„Deus quoque ὀνόματι vocatur, quippe qui non na-

πω πατήρ ἦν, ὕστερον δὲ ἐπιγέγονε πατήρ. Οὐκ αἰεὶ ἦν ὁ υἱός· ἦν
ποτε ἔτε οὐκ ἦν, καὶ οὐκ ἦν πρὶν γενέσθαι, ἀλλ' ἀρχὴν τοῦ κτίζεσθαι
ἔχε καὶ αὐτός (Ath. Or. c. Ar. I. § 5).

1) Πάντων γενομένων ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ πάντων ὄντων κτισμάτων καὶ
ποιημάτων γενομένων, καὶ αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος ἐξ οὐκ ὄντων γέγονε
(Ibid.). Cf. § 9.

2) Ἦν γὰρ μόνος ὁ θεὸς, καὶ οὕτως ἦν ὁ λόγος καὶ ἡ σοφία· εἶτα
θελήσας ἡμᾶς δημιουργῆσαι, τότε δὴ πεποίηκεν ἕνα τινά, καὶ ὀνόμασεν
αὐτὸν λόγον καὶ σοφίαν καὶ υἱόν, ἕνα ἡμᾶς δι' αὐτοῦ δημιουργήσῃ· δύο
γούν σοφίας φησὶν εἶναι, μίαν μὲν τὴν ἰδίαν καὶ συνυπάρχουσαν τῷ θεῷ,
τὸν δὲ υἱὸν ἐν ταύτῃ τῇ σοφίᾳ γεγενῆσθαι καὶ ταύτης μετέχοντα ὀνο-
μάσθαι μόνον σοφίαν καὶ λόγον· ἡ σοφία γὰρ τῇ σοφίᾳ ὑπῆρξε σοφοῦ
θεοῦ θελήσει. Οὕτως καὶ λόγον ἕτερον εἶναι λέγει παρὰ τὸν υἱὸν ἐν τῷ
θεῷ, καὶ τούτου μετέχοντα τὸν υἱὸν ὀνομάσθαι πάλιν κατὰ χάριν λόγον
καὶ υἱὸν αὐτόν (Ibid.). Cf. § 9.

3) Πολλὰ δυνάμεις εἰσὶ· ὁ δὲ Χριστὸς οὐκ ἔστιν ἀληθινὴ δύναμις τοῦ
θεοῦ, ἀλλὰ μία τῶν λεγομένων δυνάμεων ἐστὶ καὶ αὐτός (Ibid.).

„turâ Deus sit¹⁾, sed a Patre Deus sit factus²⁾.
„Idcirco omnibus nominibus Dei essentiae alienus
„atque dissimilis, caeteris creaturis cognatus est³⁾.
„Quum naturâ Deus non sit, naturâ mutabilis est;
„ut caeterae creaturae pravus fieri potuit; Deus vero,
„eum in probitate mansurum praevidens, gloriam ei
„dedit, quam cum postea hominem factum virtute
„sibi acquisiturum scivit⁴⁾. Quum Patris essentiae
„prorsus dissimilis sit Filius, Patrem perfecte videre
„et novisse nequit; Eum vidit novitque quantum in
„creaturam, quamvis praestantissimam, cadere possit.
„Quid? quod ne suam essentiam quidem plane no-
„vit Filius⁵⁾.

1) Οὐδὲ θεὸς ἀληθινὸς ἐστὶν ὁ λόγος· εἰ δὲ καὶ λέγεται θεός, ἀλλ' οὐκ ἀληθινός ἐστιν, ἀλλὰ μετοχῆ χάριτος, ὡς περ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες, οὕτω καὶ αὐτὸς λέγεται ὀνόματι μόνον θεός (Ath. Or. c. Ar. I. § 6).

2) Οὐκ ἐστὶν ἀληθινὸς θεός ὁ Χριστός, ἀλλὰ μετοχῆ καὶ αὐτὸς ἐθεοποιήθη. (Id. ibid. § 9).

3) Καὶ ὁ λόγος ἀλλότριος καὶ ἀνόμιος κατὰ πάντα τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας καὶ ιδιότητος ἐστὶ· τῶν δὲ γεννητῶν καὶ κτισμάτων ἴδιος καὶ εἰς αὐτῶν τυγχάνει (Id. ibid. § 6).

4) Καὶ τῇ μὲν φύσει, ὡς περ πάντες, οὕτως καὶ αὐτὸς ὁ λόγος ἐστὶ τρεπτὸς, τῇ δὲ ἰδίᾳ ἀντεξούσιῳ ἕως βούλεται μένει καλός, ὅτε μένοι θέλει, δύναται τρέπεσθαι. Διὰ τοῦτο γάρ, φησι, καὶ προηνούσκων ὁ Θεὸς ἕσσεσθαι καλὸν αὐτὸν, προλαβὼν αὐτῷ ταύτην τὴν δόξαν δέδωκεν, ἣν ἀνθρώπος καὶ ἐκ τῆς ἀρετῆς ἔσχε μετὰ ταῦτα (Ibid.). Cf. § 9.

5) Οὔτε ὁρᾶν οὔτε γινώσκειν τελείως καὶ ἀκριβῶς δύναται ὁ λόγος τὸν ἑαυτοῦ πατέρα· ἀλλὰ καὶ ὁ γινώσκει καὶ ὁ βλέπει, ἀναλόγως τοῖς ἴδιοις μέτροις οἷδε καὶ βλέπει, ὡς περ καὶ ἡμεῖς γινώσκομεν κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν. Καὶ γάρ καὶ ὁ υἱός, οὐ μόνον τὸν πατέρα ἀκριβῶς οὐ γινώ-

In his *Thaliae* fragmentis progressus, quos in expositione Dei Filii necessitudinis cum Patre fecit ARIUS, clare perspicimus. Praeclara praedicata, quae in utraque ARII epistola Filio data vidimus, hîc frustra quaerimus, alia quae illic desideravimus hîc invenimus. Immutabilitas in mutabilitatem, plena Divinitas in dissimilitudinem essentiae mutata est; locus vacillans, Filio antea designatus, firmus redditus est, repugnantia est sublata, Dei Filius caeteris creaturis plane est adaequatus. *Plane*, scilicet quoad essentiam; quoad prioritatem enim majoremque dignitatem a caeteris creaturis differt Filius, quippe qui ante omnia creatus sit mundumque creaverit; hanc vero praestantiam non prohibere, quominus Filii essentia dissimilis sit Patris essentiae, similis creaturarum naturae, putavit ARIUS multique cum eo putarunt. De his fautoribus *Arianismi* nunc nobis agendum est.

σκεῖ λείπει γὰρ αὐτῷ εἰς τὸ καταλαβεῖν ἄλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας οὐκ οἶδε (Ath. Or. c. Ar. I § 6). Cf. § 9.

SECTIO ALTERA.

ARIANORUM SENTENTIA DE DEI FILII NECESSITUDINE

CUM PATRE.

Multos quidem ARII partes secutos esse, non omnes vero plane inter se consensisse, historia docet. Multi viri docti hac dissensione commoti sunt, ad alios Arianos ab aliis distinguendos; verum non omnes unam distinctionem proposuerunt. Quae bona sit, vel potius an ulla bona sit, inquiremus, semper memoria tenentes hinc non de historia ecclesiae agi sed de historia dogmatum. Quum justo necessarioque diutius nos detineret, omnes distinctiones recensere quae variis temporibus propositae sunt, eas modo attendemus, quae plerisque placuerunt. Igitur non est quod multa dicamus de ARII asseclarum distinctione in *Arianos*, *Eunomianos* et *Macedonianos*, quam SOCRATEM historiographum fecisse WALCHIUS narrat¹⁾; *Macedoniani* enim vel ii, qui Spiritus Sancti

1) *Hist. der Ketz.* II. pag. 633.

Deitatem negabant, provenerunt quidem ex Ariana schola, de necessitudine vero Filium inter et Patrem nihil sibi proprium docuerunt. — Idem tamen dici non potest de alia distinctione, quam MOSHEMIUS aliique proposuerunt, in *Arianos*, *Semiarianos* et *Anomoeos*, quippe quae plura habere videatur quibus se commendet. Ex historia enim notum est, ajunt ejus fautores, inter eos, qui ab ARII parte starent, alios fuisse, qui ulterius ARIIO ejusque amicis progredierentur, alios qui eum presse sequerentur, alios qui ejus sententiam mitigarent. — Nihilominus tamen hanc distinctionem approbare non possumus, quum magis historia ecclesiae quam historia dogmatum consulta esse nobis videatur. Infittias non imus ejus, qui Arianismi fata accurate cognoscere velit, magni interesse laudatas Arianorum partes imprimis attendere, negamus vero ei, qui in ARII *doctrinam* inquirere velit, distinctionem illam magni esse aestimandam. Quod ad Anomoeos enim attinet, (de Semiarianis postea agemus) nescimus quare hoc nomine ab ARIIO Arianisque proprie dictis distinguendi sint, quum nemo disertius quam ARIUS Filium Patri *ἀνόμοιον* praedicare possit, neque Anomoei ulterius quam ARIUS, Dei Filium creaturis plane adaequans, procedere potuissent. Quodammodo quidem ARII sententiam dialecticae ope illustrarunt, atque ea, quae ab ARIIO leviter erant attacta, firmiora reddiderunt, quam ob

causam in monographia de Arianismo desiderari nequeunt, ab *Arianis* vero non distinguendi, contraque ARII doctrinae propugnatores veri nominis habendi sunt. Quae ut probemus, principes Anomoeorum, qui etiam *Eunomiani* (ab EUNOMIO, uno e multis eorum ducibus) et *Exukontiani* (quod Dei Filium ἐξ οὐκ ὄντων procreatum esse opinabantur) nominati sunt, loquentes inducemus, sc. AËTIUM et EUNOMIUM ¹⁾. Non est quod seorsum hunc ab illo spectemus; quoad summam enim inter se consentiunt. Uterque e Patris ἀγεννησία Filiique γεννησία idem concludit.

EUNOMIUS sui systematis lineamenta dedit in "ἐκθέσει πίστεως" et in "Ἀπολογητικῶ" ²⁾, AËTIUS 47 thesibus ³⁾ sententiam suam de necessitudine Filium inter et Patrem exposuit. Horum doctrina huc redit:

„Pater est unicus Deus veri nominis, qui semper
„solus, sibi sufficiens, inaccessus, quod ad essenti-
„am in plures non divisus est ⁴⁾, suam Deitatem

1) Praeter eos multi quidem *Ανομοεῖ* memorari possunt, ut EUDOXIUS, ASTERIUS (de quibus Cf. WALCH, l. l. pag. 634); horum scripta vero aut perierunt aut conservata attentione indigna sunt.

2) Consulimus horum scriptorum fragmenta, quae exstant apud FABRICIUM, *Bibl. Gr.* tom. 8.

3) Ab EPIPHANIO *haer.* 76. nobis conservatis.

4) Θεὸς εἷς, ἀνάρχος, ἀτελευτήτως μόνος, οὐ τὴν οὐσίαν καθ' ἣν ἔστιν εἷς χωριζόμενος ἢ μεριζόμενος εἰς πλείους—πάντη γὰρ καθάπαξ

„cum nullo participat, majestatis socium non habet.
 „Est unicus omnipotens Deus, totius mundi domi-
 „nus, omnis mutationis expers¹⁾, ne in generando
 „quidem aliquid sibi proprium participans; est enim
 „ἀγέννητος²⁾). Haec ἀγεννησία ad Dei essentiam per-
 „tinet; non indicat Deum aliquid desiderare, sed
 „proprietas est, sine qua Deus ne cogitari quidem
 „potest³⁾; neque nostrae rationis est commentum,
 „quod si esset, Deum gratias nobis agere oportet,
 „qui tam sublime nomen invenerimus⁴⁾). Cete-
 „roquin Deus suam essentiam non melius nobis no-
 „vit; quod nos de Ejus essentia novimus, et Ipse

ἐστὶν εἷς, καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ τε καὶ ὡσαύτως διαμένων μόνος. EUN.
 Αὐτουσία ἐστὶν ἀσύγκριτος, οὐκ ἔξωθεν συνεμφαινουσα τὸ ἀπρόσιτον,
 αὐτὸ δὲ ὑπάρχουσα ἀσύγκριτος καὶ ἀπρόσιτος. AET. *ih.* 36.

1) Ἀνώτερος τροπῆς καὶ μεταβολῆς. EUN. Ἀμετάβλητος καὶ γενέ-
 σεις κρείττων ἢ ὄσια τοῦ Θεοῦ. AET. *ih.* 10. Κατὰ πάσης αἰτίας τὸ
 ἀπαρραλακτὸν ἔχουσα. *ih.* 36.

2) Οὐκ ἐν τῷ γενῶν τὴν ἰδίαν οὐσίαν μερίζων. EUN.

3) Εἰ αἱ στερήσεις ἔξεων εἰσὶν ἀφαιρέσεις, τὸ ἐπὶ θεοῦ ἀγέννητον
 ἦτοι σιέρησις ἐστὶν ἔξεων, ἢ ἔξις στερήσεως, ἀλλ' εἰ μὲν στέρησις ἐ-
 στιν ἔξεως, πῶς ἂν τὸ μὴ προσὲν τῷ θεῷ συναριθμησεται; εἰ δὲ ἔξις
 ἐστὶ τὸ ἀγέννητον, ἀνάγκη προσπαθεῖσθαι γεννητὴν οὐσίαν, ἐν οὕτως ἔξιν
 προσλαβούσα ἀγέννητος ὀνομάζεται. AET. *ih.* 22, 24. Cff. etiam *ih.*
 37. 44, 46.

4) Εἰ μὴ τὸ ἀγέννητον τὴν ὑπόστασιν τοῦ θεοῦ παρίστηαι, ἀλλ' ἐπι-
 νοίας ἐστὶν ἀνθρωπίνης τὸ ἀσύγκριτον ὄνομα, χάριν τοῖς ἐπινοήσασιν γινώσκει
 ὁ Θεός, διὰ τὴν ἀγέννητου ἐπινοίαν, τὴν ὑπεροχὴν τοῦ ὀνόματος οὐ φέρων
 ἐν οὐσίᾳ. AET. *ih.* 14.

" novit; quod nos nescimus, et Ipse nescit ¹⁾. Sua
" voluntate, quae ab essentia omnino est distinguenda,
" unigenitum Filium procreavit ²⁾. Filius ille est vere
" Deus, attamen non ἀγέννητος, ante omnes creatu-
" ras, ante omnia tempora, factus et creatus; non
" sine initio, antequam enim generatus est non ex-
" stitit ⁵⁾. Quia generatus est Filius, naturae et es-

1) Ὁ Θεὸς περὶ τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας οὐδὲν πλέον ἡμῶν ἐπίσταται ἔπερ
ἀν εἰδότημεν ἡμεῖς περὶ αὐτῆς, τοῦτο πάντως κἀκεῖνος οἶδεν, ὃ δ' αὖ
πάλιν ἐκεῖνος, τοῦτο εὐρήσεις ἀπαλλάκτως ἐν ἡμῖν. Hujus EUNOMII
effati (a SOCRATE nobis conservati, *Hist. Eccl.* IV. 7) authenticam in
dubium vocari non posse, testantur BASILIUS, THEODORETUS et HIE-
RONYMUS. PHILOSTORGIVS ipse, licet Arianus, *Hist. Eccl.* libro I.
cap. 2 et II. c. 3 agnoscit hac in re *Eunomianos* ab ARIO distulisse.
Cf. BAUR, l. l. pag. 384. Simile quid EUNOMII effati AETIVS docuit:
Γοσοῦτον κἀτὸν ἐπίσταμαι καὶ οἶδα ὥστε μὴ εἰδέναι ἑμαυτὸν ὡς θεὸν
μᾶλλον ἐπίσταμαι.

2) Ὑπέστη δὲ βουλήσει τοῦ πατρὸς ὁ μονογενῆς, οὐ πρὸς τὴν οὐσίαν,
πρὸς δὲ τὴν ἐνεργείαν, ἣτις ἐστὶ καὶ βούλησις. EUN. Εἰ δὲ ὁλος ἐστὶν
ἀγέννητος οὐκ οὐσιωδῶς εἰς γέννησιν διέστη, ἐξουσία δὲ ὑπέστησε τὸ
γέννημα. AET. *th.* 7.

5) Ἀληθινὸς Θεὸς, οὐκ ἀγέννητος, πρὸ πάσης κτίσεως γενόμενος, οὐκ
ἀναρχος — ταύτην δὲ γεγενῆσθαι μὲν οὐκ οὔσαν πρὸ τῆς ἰδίης συστάσεως.
EUN. Ὑποστάντος τε ἀληθῶς πρὸ αἰώνων. AET. — Hujus theses 46 et
47 Eunomiano effato de Filii Deitate contradicere videntur; ibi enim
dicit: Εἰ τὸ ἀγέννητος καὶ τὸ θεὸς ἐκ παραλλήλου τὸ αὐτὸ δηλοῖ ἀγέννη-
τον ἀγέννητος ἐγέννησεν' εἰ δὲ ἕτερόν τι δηλοῖ τὸ ἀγέννητον ἕτερόν τε τὸ
θεὸς, οὐκ ἀποπον δὲ τῷ θεῷ θεὸν γεγεννηκέναι, ἐκατέρου τὴν ὑπαρξί-
" λαβάντος ἐξ ἀγέννητου οὐσίας' εἰ δὲ τὸ πρὸ τοῦ θεοῦ μηδὲν εἶη, ὥσπερ
οὐκ ἐστὶν, τὸ θεὸς καὶ τὸ ἀγέννητος ταῦτόν δηλοῖ, οὐ προσιεμένου τοῦ
γενήματος τὸ ἀγέννητον' διὰ αὐτὸ τὸ συνεκφρασεῖσθαι τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ

„sentiae Patris ἀγεννήτου particeps esse non potest;
„Filii generatione tam ὁμοουσία quam ὁμοιουσία ex-
„cluditur 1). Quomodo enim Patri ὁμοουσίας esse po-
„test Filius, qui tam essentia quam cognitione a
„Patre plurimum differat, Patre se ἀγέννητον, Filio
„se γεννητὸν sciente 2)? Gloriam quidem a Patre
„accepit Filius, summa vero gloria quae communi-
„cari nequeat Patris propria mansit 3). — Quamvis
„creatus, caeterarum creaturarum plane similis non
„est; iis longe praestat ut opifex operi 4); omnia
„enim quae sunt vi creatrici, quam Filius a Pa-
„tre accepit 5), existentiam debent. Universo cre-
„ando et gubernando obedientiam Patri manifestavit;
„minime tamen eā gratiā nomen Filii et Dei ei

αὐτῷ ἀπέχε. Contradictio vero non nisi specie adest; eodem sensu quo EUNOMIUS, AETIUS Filium Deum nominare potuit; eadem verba quae hic usurpare potuit EUNOMIUS.

1) Γέννημα τοῦτον τῶν υἱῶν φαμεν κατὰ τὴν τῶν γραφῶν διδασκαλίαν αὐτὴν εἶναι τὴν ὑπόστασιν ἢ σημαίνει τοῦνομα. EUN. Ἐὶ ἀτελευτήτως ὁ Θεὸς διαμένει ἐν ἀγεννήτῳ φύσει καὶ ἀτελευτήτως τὸ γέννημα γέννημά ἐστιν, ἢ τοῦ ὁμοουσίου καὶ τοῦ ὁμοιουσίου κακοδοξία παρεμφαθήσεται, ἴσεται δὲ τὸ ἐν οὐσίᾳ ἀσύγκριτον ἑκατέρας φύσεως ἀξιώματι. AET. lh. 4.

2) Πῶς οὐκ ἂν εἶη τὸ ὁμοουσίον ψεῦδος, τοῦ μὲν γινώσκοντος ἑαυτὸν ἀγέννητον, τοῦ δὲ γεννητὸν. AET. lh. 13. Cf. lh. 39.

3) Οὐ τῆς ἐκείνου μεταλαμβάνοντα δόξης, ἀμετάδοτος γὰρ ἡ δόξα τοῦ παντοκράτορος. EUN.

4) Τσαύτην αὐτῷ νέμαμεν ὑπεροχὴν, ὅσῃν ἔχει ἀναγκαῖον τῶν ἰδίων ποιημάτων τὸν ποιητὴν. EUN.

5) Συναπεγεννήθη ἄνωθεν αὐτῷ ἡ δημιουργικὴ δύναμις. EUN.

“impositum est, nam unigenitus Deus factus est
“quia Filius est et generatus” 1).

Ad demonstrandum AËTIUM et EUNOMIUM *Aria-*
nīs annumerandos esse, non habemus quod multis
verbis utamur. Diserte enim affirmant Filium Dei
quondam non exstitisse, et ante jacta mundi funda-
menta Dei voluntate e nihilo esse procreatum. Quam-
vis verba: ἀνόμοιος τῷ Πατρὶ apud eos non invenian-
tur, res ipsa, quae verbis illis exprimitur, ex eorum
systemate elucet; ubi enim tantum discrimen accipi-
tur inter Patrem ἀγέννητον et Filium γεννητὸν, nec
non tot verbis statuitur, haec praedicata ab essentiae
notione discerni non posse, fieri non potest quin
Filius naturâ dissimilis esse Patris ab iis habeatur. —
Quodammodo tamen *Anomoei* et *ARIUS* inter se dif-
ferunt; secundum *ARIUM* enim Deus mente nostra
non comprehenditur, imo Filius ipse Patris essen-
tiam ignorat; secundum AËTIUM et EUNOMIUM vero
unusquisque homo Dei essentiam novit, ut Deus
ipse se novit. Hoc discrimen inde explicandum no-
bis videtur, quod *Anomoei* ἀγεννησίαν ad Dei essentiam
pertinere statuebant (quam opinionem *ARIUS* nondum
amplexus erat), itaque eum, qui Deum ἀγέννητον esse

1) Οὐκ ἐκ τῆς ὑπακοῆς πρᾶσλαβὸν τὸ εἶναι υἱὸς ἢ θεὸς, ἀλλ' ἐκ τοῦ
υἱὸς εἶναι καὶ γεννηθῆναι μονογενῆς θεὸς γενόμενος. EUN.

sciret, Ejus essentiam plane novisse putabant. Aliud discrimen magistrum inter et discipulos in eo positum est, quod ille Filium virtute sua, postea manifestanda, gloriam assecutum esse dicit, EUNOMIUS vero contendit, Filium non propter obedientiam, sed propter generationem Deum factum esse, eoque fundamentum Filii Deitatis physicum morali praeferre videtur. Discrimen tamen illud ne justo majus habeatur; maximum esset, si EUNOMIUS Filium naturâ Deum esse affirmasset; hoc vero expresse negavit, Filium creaturis adacquans. Nemo ergo praeclearo hoc praedicato, quod Filio ab EUNOMIO datum videt, se moveri patiatur ad existimandum, Arianum illum ad sublimiorem Filii notionem regressum esse, et hoc nomine ARIO (ut certe eum e *Thalia* cognovimus) esse praeponendum. Contrario EUNOMII sententia ab ecclesiastica de Filio doctrina longius distare dicenda est quam ARII. Etenim quo majus discrimen esse docetur Patrem ἀγέννητον inter et Filium γεννητόν, eo minus Filius naturâ Deus dici potest. Mirandum sane, ARIUM in utraque sua epistola Filium unigenitum Deum veri nominis appellasse; ridiculum vero, hac appellatione uti non veritum esse EUNOMIUM.

Comperto *Ανομοεος* explicuisse quidem ARII sententiam, docendo essentiae communicationem in Patrem ἀγέννητον ne cadere quidem posse, verum ab

ARIi asseclis veri nominis distinguendos non esse, nonnulla, eaque plura ob rei gravitatem, nobis monenda sunt de *Semiarianis* vel de tertia Arianorum classe, quam multos ab *Arianis Anomoeis*que distinxisse vidimus ¹⁾. Multis illis ii addi possunt, qui, etiamsi *Anomoeos* ab *Arianis* non distinguant, tamen *Semiarianos* Arianismo, licet mitigato, ad dictos fuisse contendunt. — Ab hac opinione quoque nostra differt. Recte DORNER *Semiarianos* potius *Seminicaenos* appellavisse, illosque attendere historiae ecclesiae operam navantis pluris interesse, quam historiam dogmatum scribentis, statuisse nobis videtur ²⁾. Si enim symbola attendimus, quibus suam sententiam aperuerunt ³⁾, nec non doctissimi eorum fautoris EUSEBII *Caesareënsis* scripta consulimus, non amplius dubitamus quin *Semiarianorum* doctrina magis conveniat cum *Nicaena* ⁴⁾ quam cum *Ariana*; quae convenientia ATHANASIO ipsi tanta visa est, ut

1) Pag. 24.

2) »Sie sind mehr eine kirchengeschichtliche als dogmengeschichtliche Erscheinung, und können auch, wenn man auf ihr religiöses Interesse achtet, mit grösserem Rechte Seminicaner als Semiarianer heissen.“ l. l. p. 860. Idem iudicium de iis fert MEIER, l. l. pag. 171.

3) Cf. de iis WALCH, l. l.

4) Nicaena doctrina dicitur doctrina orthodoxa Filii Deitatis vel *ὁμοουσίας* Patri, quae in concilio oecumenico *Nicaeno* a°. 325 habito, praesertim ATHANASII diaconi, postea episcopi Alexandrini, auctoritate, constituta est.

eos in numero inimicorum minime ducendos esse diceret¹⁾. Multa quidem effata ex eorum symbolis scriptisque afferri possunt, quae ab Arianismo non longe absint; multa vero, et quidem plura, iis opponere non difficile est, quae non nisi *Nicaenis* placeant. Quid? quod ea, quae *ARIUM* ab aliis distinguunt: Filius ante mundum conditum e nihilo est procreatus, apud eos non inveniuntur, contraque ea, quae *Nicaenismo* propria sunt: Filius naturâ est Deus, ab iis diserte docentur. — Mediam quasi viam inter utramque partem inire voluerunt atque terminologiam ecclesiasticam ante-Arianam conservantes pacem in ecclesia constituere studuerunt, secum non reputantes hoc conciliandi studio nec *Arianos* nec *Nicaenos* contentos esse posse²⁾. Apparet igitur eos in expositione *Arianismi* dignos non esse, qui peculiarem locum

1) *ATHAN. de Syn. Arim.* Cf. de hoc *ATHANASII* iudicio *DORNER*, l. l. pag. 805, 860 et *MEIER*, l. l. pag. 175.

2) Recte dixit *TWESTEN*, *Vorlesungen über die Dogmatik*. II. pag. 289: „Zwar suchten nun Anfangs noch Viele (wie die Eusebianer und andere sogenannte Semiarianer) den älteren Subordinationismus festzuhalten; diess war aber unmöglich nachdem die frühere Unbefangenheit verloren und die ursprünglich durcheinander gebundenen Gegensätze frei geworden oder als solche zum Bewusstsein gekommen waren.“ Cf. *MEIER*, l. l. pag. 169—170: „Die ganze Richtung wurzelt in der Vergangenheit und trägt die Widersprüche, welche im Arianismus und Nicänismus auseinandertraten, noch ungeschieden in sich.“

obtineant, saltem tertiam Arianorum classem eos non esse habendos¹⁾.

Numerum autem auctoritatemque eorum permagnam fuisse, adeo ut Nicaenismi victoriam saepius dubiam redderent, nemo mirabitur, qui (ut alias causas sileamus) oppositionem spectaverit, quam vocabulum *ὁμοούσιος*, quo concilium Nicaenum Filii Deitatem significaverat, non excitare non potuit²⁾. Quippe vocabulum illud, orthodoxiae signum habitum, quamvis antea a Synodo *Antiochena* a^o. 269, contra PAULUM SAMOSATENUM habita, rejectum³⁾, multis displicuit,

1) Eadem igitur causa, ob quam statuimus ARIUM aliquid sibi proprium docuisse, nos movet ad Semiarianis Arianorum nomen abjudicandum. Qui EUSEBIUM *Caes.* ARIANUM vocat, illi et ORIGENEM et plerosque patres ante-Nicaenos Arianos fuisse dicendum est.

2) Etiam LANGE l. l. oppositionem illam tanti aestimat ut ARII assecclas in *Arianos* et *anti-Homoousianos* distinguat.

3) Difficile est bene respondere quaestioni, quaenam causa hujus rejectionis fuerit, quia parum de actis synodi *Antiochenae* novimus. In synodo *Ancyrensi* a^o 358 habita Semiariani primi ad vocabulum *ὁμοούσιος* a patribus Antiochenis rejectum provocarunt; atque inter patres non nisi ATHANASIUS, BASILIUS et HILARIUS, quum per Semiarianos demum ad istam rejectionem attendissent, pauca hac de re monuerunt. Multi, hanc rejectionem tam paucorum attentionem tam sero commovisse considerantes, totam rem a Semiarianis, ad causam suam tuendam fictam esse contendunt, cujus opinionis in eo praesidium quaerunt, quod vocabulum *ὁμοούσιος* PAULI SAMOS. systemati non conveniat; alii aliam viam ingressi sunt (varias has vias copiose memorarunt WALCH l. l. pag. 103—108 et FROHSCHAMMER, *Die Verwerfung des ὁμοούσιος zu Antiochien* in *Theol. Quart.* 1850, p. 7—23). Nos eorum sententiam veri simillimam habemus, qui statuunt, synodum

aliis ob aliam rationem. Prudentius igitur multi duxerunt, aptiusque ad pacem ecclesiae reddendam, voci *ὁμοούσιος* se opponere, illique vocem *ὁμοιούσιος* praeferre ¹⁾. Praesertim inde a Synodo *Ancyrensi*, in

Antiochenam, e PAULI haeresi occasionem nactam Filii necessitudinis cum Patre magis perspicue indicandae, verbum *ὁμοούσιος*, jam id temporis usurpatum ad hanc necessitudinem significandam, rejecisse ut *Emanatismum* redolens, eandem igitur ob causam, ob quam saec^o 4^o multi Semiariani id rejecerint.

1) De significatione verborum *ὁμοούσιος* et *ὁμοιούσιος* multum disputatum est. Quum historice explicanda esse nobis videantur, eos, qui *ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ* Filium dixerint, significare voluisse putamus: Filium esse divinae naturae socium, ejusdem essentiae cujus Pater, non unius essentiae, sed ut inter homines filius ejusdem naturae sit ejus pater; qui autem vocem *ὁμοιούσιος* usurpaverint indicare voluisse: Filii essentiam Patris essentiae similem esse. Alii vero aliter haec verba explicuerunt; multi, inter quos WALCH l. l. pag. 619—621, voce *ὁμοουσιᾶ* non unitatem specificam, sed unitatem numericam significari existimant, quasi patres Nicaeni indicare voluissent, Filium et Patrem unum Deum constituere. Ab hac sententia non longe abest Cl. J. H. SCHOLTEN, qui in primario libro: *Leer der Hervormde Kerke in hare grondbeginselen* ed. 3^a. II. pag. 182 dicit: „De Vader als „het eeuwig zich zelf genererende subject en de eeuwig gegene-
„reerde Zoon of Logos zijn ten gevolge der generatie niet twee indi-
„viduen naast of bij elkander, zooals het Semiarianisme stelde, maar
„één en hetzelfde goddelijke wezen. De Logos is mitsdien niet al-
„leen *ὁμοιούσιος*, d. i. derzelfde wezenheid met den Vader deelachtig,
„maar Hij is *ὁμοούσιος*, d. i. medewezend of eenswezend, niet om
„aan te duiden het eenerlei zijn der wezenheid (*ὁμοουσιᾶ*) zooals een
„menschelijke vader en zoon van eenerlei substantie zijn, maar in dien
„zin, dat de Vader en de Zoon één en dezelfde wezenheid uitmaken
„en eeuwig te gelijk in God aanwezig zijn.” (Cf. ejusdem *Initia Dogm. Chr.* II. pag. 142). Si haec interpretatio bona esset, discrimen inter *Nicaenos* et *Semiarianos* multo majus esset, quam nos indi-

qua Semiariani GEORGIUS *Laodicensis* et BASILIUS *Ancyrensis* sententiam suam exposuerunt, illa *ἁμοιουσία*

cavimus. Quid? quod hi non amplius *Seminicaeni* dici possent. Nostram vero permutare sententiam non opus est; ex historia enim luculenter patet, patres Nicaenos ad seriore[m] doctrinam Filii Patrisque unitatis numericae non pervenisse. Non solum in *symbolo Nicaeno* nihil invenitur, quod talem unitatem spectet, (mirandum scilicet esset, si patres, acres anti-Sabelliani quum essent, talem doctrinam, SABELLI haeresin redolentem accepissent), sed ATHANASIUS ipse, semel atque iterum formulam illam explicans, nihil de unitate numerica monuit; sic c. g. in *epistola ad Afros* § 9 dicit: „si Ariani vocem *ἁμοούσιος* usurpare nolint, dicant modo: Filius naturā (*φύσει*) Deus est; *ἁμοούσιος* enim significat, Filium non creatum esse, et qui Filium *ἁμοούσιον* esse putat, ei creaturae nomen abjudicat.” Quid? quod pater orthodoxiae vocem *ἁμοούσιος* non improbavit, nisi quia formā quidem alium alii *ἅμοιον* dici posse putabat, essentiā vero non ita (*de Syn.* § 53). Si ipse voce *ἁμοούσιος* dicere voluisset, essentiā Patris Filiique numero esse unam, certe Semiarianos accusavisset, quod „duplicem Deum, supremum atque subordinatum, in theologiam induxissent,” neque eos fratres appellavisset. (Etiam HILARIUS sensum vocum *ἁμοουσι* et *ἁμοιουσι* eodem redire existimavit). Praeterea, ne de causis, quibus commoti EUSEBIUS multique Semiariani pugnam inierint cum formula Nicaena (cui postea subscripserunt), multa dicamus, memoratu dignum est, oecumenicum concilium *Chalcedonense* CHRISTUM *ἁμοούσιον* esse hominibus constituisse. — Idem iudicium de significatione vocis *ἁμοούσιος* fert MEIER l. l. pag. 184: „Das konsubstanzielle Nebeneinanderexistiren liegt in dem *ἁμοούσιον*. Hier scheinen dann Vater und Sohn „fast als zwei Götter auseinanderzufallen, die nur durch den gemeinsamen Gattungsbegriff und das Zurückgehn auf die Zeugung „zusammengehalten werden. An ein wirkliches Zusammengehn zur „Einheit denken die Nicäner noch nicht,” et pag. 157: „An eine „numerische Einheit wird mit klarem Bewusstsein noch nicht gedacht; „noch immer wird das *πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεόν* ausschliesslich auf dem „Vater, nicht auf die göttliche Trias bezogen. So ist auch eine ge-

eorum signum factum est, et *Homoeousiastarum* nomen illis impositum est. Postquam vero viderunt oppositione illa pacem restitui non posse, postquam magis magisque persuasum sibi habuerunt, tantum non esse discrimen inter suam doctrinam et fidem Nicaenam, quantum inter se et Arianos, fere omnes formulae Nicaenae subscripserunt.

Tametsi igitur Arianismo addicti non habendi sunt Semiariani, facere non possumus, quin unum ex iis loquentem inducamus, quo melius intelligatur, quid Arianos ab aliis distinguat, appareatque nos in formis dijudicandis, quibus Arianismus variis temporibus sit indutus, arbitrariam regulam non adhibuisse. Alia ratio, ob quam Semiarianorum doctrinam exponere cupimus, in eo sita est, quod antea de patribus

„wisse Subordinazion des Sohnes bei wesentlichen Gleichheit der „Homousianern keinesweges fremd.“ Idem BAUR, l. l. pag. 339: „Wir würden den Sinn der nicänischen Formel sehr verfehlen, wenn wir ihrer Homousie den Begriff einer numerischen Einheit unterlegen wollten,“ et pag. 340: „Die Lehre des nicänischen Symbols ist wesentlich dieselbe mit derjenigen, die schon bisher als die rechtgläubige galt. Cf. etiam DORNER l. l. pag. 831; MÜNSCHER, *Dogmengesch.* pag. 356, aliique. — Patet igitur nos, nisi ATHANASIUM, patres Nicaenos omnesque, qui praeter Deum-Patrem Deum-Filium esse statuunt, *Arianos* vocare velimus, Semiarianos *Arianismi* accusatione non absolvere non posse. Qui Filium ut naturâ Deum a creaturis distinguit, *Arianus* non est, sive *ὁμοούσιον* sive *ὁμοούσιον* Patri Eum vocat. — De quorum vocabulorum significatione quod fusius egimus, nemo nobis non ignoscet, qui consideret, quam vim significatio illa in iudicium de Arianismi indole habeat.

ante-Nicaenis agentes (cf. pag. 15 sqq.) discrimen esse eos inter et ARIUM contendimus quidem, non vero probavimus locis citandis; quum autem notum sit, Semiarianos cum plerisque patribus laudatis maxime convenire, iudicium, quod de illis ferimus, idem est quod de his ferendum est.

Quem finem ut assequamur, plerorumque, qui de Arianismo scripserunt, vestigiis insistentes, eligimus jam laudatum EUSEBIUM *Caesareensem*; Semiarianorum enim symbola, quae inter concilia oecumenica *Nicaenum* (a^o. 325) et *Constantinopolitanum* (a^o. 381) proposita sunt, non solum magnam partem indefinita sunt, multumque inter se differunt, sed etiam fere idem continent, quod magis explicitè in EUSEBII scriptis reperitur, ita ut quod de EUSEBIO valet, de Semiarianis quoque valeat. Sponte intelligitur, de hoc quoque viro varie iudicatum esse. Inter veteres PETAVIUS, BARONIUS et imprimis CLERICUS eum *Arianum* appellare non dubitarunt, aliis, ut BULLIO et CAVIO (in appendice "*historiae litterariae*") ejus orthodoxiam defendentibus. Nostri aevi scriptores, in ejus sententia exploranda minore partium studio ducti, eum neque *Arianum* neque *Nicaenum* habent, verum longius eum, ut fautorem doctrinae ecclesiasticae ante-Nicaenae, ab ARIO quam ab ATHANASIO distare putant. Haec sententia et nostra est; veram eam esse probare conabimur, summa Eusebiana doctrinae de necessitudine Filii cum Patre

cum lectoribus nostris communicanda, quam ex ejus „*Demonstratione Evangelica*” et „*quinque libris adversus Marcellum*” (ed. Th. Gaisford, Oxon. 1852) petivimus. Utroque scripto promiscue nos uti posse arbitramur, quum MÖHLERI opinio¹⁾, distinguendum esse inter EUSEBII scripta ante-Nicaena (*Dem. Evang.*), quae multa Ariana contineant, et scripta post-Nicaena (*libri adv. Marc.*), in quibus Arianismus oppugnetur, non habeat quod multis commendetur.

EUSEBII sententia hacce est:

„Filius ante omnia tempora a Patre generatus est,
„perfectum perfecti opus, creator, caput, gubernator
„et rex constitutus omnium quae sunt²⁾. Semper
„cum Patre fuit, quamvis ἀγέννητος non sit³⁾. Quum
„Filius sit, et Deus est⁴⁾, non ut alii, qui tantum

1) Quam edidit in libro I. *Athanasius der Grosse*.

2) Θεὸς τῆ προγόνουσι συνιδῶν τε τούτων ἀπάντων πρὶν γενέσθαι ὡς ἐν μεγάλῳ σώματι κεφαλῆς δεησομένων, ἕνα τὸν τῆς δημιουργίας ἀπάσης οἰκονόμου ἡγέμονά τε καὶ βασιλέα τῶν ὅλων προτάξασθαι ἕνεκα θεῶν. *Dem. Ev.* IV. 1. Καὶ δὴ τῶν ὄντων ἀπάντων πρώτου ὑφίστησιν αὐτοῦ γέννημα—τὸ τέλειον τελείου δημιουργήμα, I. I. IV. 2.

3) Υἱὸς γεννητὸς, οὐ χρόνοις μὲν τισιν οὐκ ὄν, ὕστερον δὲ ποτε γεγονώς, ἀλλὰ πρὸ χρόνων αἰωνίων ὄν, καὶ πρῶν, καὶ τῷ πατρὶ ὡς υἱὸς διαπαντὸς συνών, καὶ οὐκ ἀγέννητος ὄν, I. I. IV. 3. De σοφίᾳ (de qua *Prov.* cap. 8 agitur), qua Dei Filium intelligi vult EUSEBIUS, dicit: Τὸ ἐξ ἀπείρων αἰώνων ἄειδον τῆς σὺν πατρὶ διαμονῆς—σὺνθρονος τῷ πατρὶ, I. I. V. 1.

4) Πλὴν εἰ καὶ φύσει μονογενὴς υἱὸς καὶ Θεὸς ἡμῶν ἀνευφημεῖται,

“ὄνοματι Dii dicuntur¹⁾, sed naturâ, ut animata et
“viva imago Dei, Deo omnibus nominibus similis²⁾,
“Deus e Deo, non ut pars vel emanatio Divinae
“essentiae, sed incomprehenso modo Patris voluntate
“generatus³⁾. Ergo non e nihilo creatus est, alia enim
“est Filii generatio, alia universi creatio⁴⁾. Fulgor
“est Dei majestatis; quod tamen improprio sensu est
“intelligendum; si enim omnia praedicata, sine qui-
“bus lucis fulgor cogitari nequeat, Dei Filio tri-
“bucremus, Sacrae Scripturae contradiceremus; fulgor
“e. g. tantummodo vis, ἐνεργεία quaedam lucis est,
“Filius vero persona est; lux sine fulgore cogitari
“non potest, adeo ut hic illius velut complementum

ἀλλ' οὐχ ὁ πρῶτος Θεός, πρῶτος δὲ τοῦ Θεοῦ μονογενῆς υἱός, καὶ διὰ
τοῦτο Θεός, *Dem. Ev. V. 4.*

1) Τὸν δ' υἱὸν τοῦ Θεοῦ Θεὸν καὶ Κύριον ἀνακηρύττει, καὶ ἀληθῶς υἱὸν
εἶναι καὶ Θεὸν διδάσκει· οὐ κατὰ τοὺς πολλοὺς τοὺς ἐπίκλην ὀνομασθέντας
υἱούς τε καὶ Θεούς, περὶ ὧν εἴρηται „ἐγὼ εἶπα θεοὶ ἔστε, καὶ υἱοὶ
ὑψίστου πάντες,“ καθ' ὃ δὲ μόνος αὐτός, ὃ ἐξ αὐτοῦ γεννηθείς τοῦ Πα-
τρὸς, ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπῆρχεν, *adv. Marc. I. 10. Cf. Dem. Ev.
V. 4.*

2) Τὴν ἔμφυχον καὶ ζῶσαν νεκρὴν εἰκόνα, κατὰ πάντα τῷ Πατρὶ
παρωμοιωμένην, καὶ τῆς Θεότητός τε αὐτῆς τὴν ὁμοίωσιν ἐπιφερομένην,
Dem. Ev. V. 4.

3) Θεὸς ἐκ Θεοῦ, οὐ κατὰ διάστασιν ἢ τομὴν ἢ διαίρεσιν ἐκ τῆς τοῦ
Πατρὸς οὐσίας προβεβλημένος, ἀβήρητος δὲ καὶ ἀνεπιλογίστως ἡμῖν, ἐξ
αἰῶνος, μᾶλλον δὲ πρὸ πάντων αἰῶνων, ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς ἀνεκφράστου
καὶ ἀπερινοήτου βουλῆς τε καὶ δυνάμεως, *1. I. IV. 3. Cf. adv.
Marc. I. 12.*

4) Ἄλλη γὰρ υἱοῦ γένεσις καὶ ἄλλη ἢ διὰ τοῦ υἱοῦ δημιουργία. *Dem.
Ev. V. 1.*

« sit, Deus vero tali complemento non indiget, et per
 « se ipsum perfectus est; fulgorem cum luce conjunc-
 « tum esse necesse est, Filium vero non necessitate
 « coactus, sed voluntate sua Pater generavit ¹⁾. Ita
 « Filius non primus est Deus, sed secundus, secun-
 « dum lumen, secunda omnium causa, Patre inferior ²⁾.
 « Deus non est a se ipso, sed a Patre Deitatem ac-
 « cepit; ἀγεννήτου Deitatem in eo tanquam in speculo
 « videmus ³⁾, quamobrem nobis colendus et adorandus

1) Καὶ φωτὸς μὲν ἡ αὐγὴ χάραν ἐνεργείας ἐπέχει, ὁ δὲ υἱὸς ἕτερόν τι ἢ κατὰ ἐνεργείαν τυγχάνει, καθ' ἑαυτὸν οὐσιώμενος. Ἡ μὲν αὐγὴ συνυπάρχει τῷ φωτὶ, συμπληρωτικὴ τις οὖσα αὐτοῦ (ἀνευ γὰρ αὐγῆς οὐκ ἂν ὑποσταίη φῶς) ὁμοῦ τε καὶ κατ' αὐτὸ συνυφέστηκεν καὶ ὁ μὲν καθ' ἑαυτὸν τέλειος καὶ πρῶτος, ὡς Πατὴρ καὶ τῆς τοῦ υἱοῦ συστάσεως αἴτιος, οὐδὲν εἰς συμπλήρωσιν τῆς ἑαυτοῦ Θεότητος παρὰ τοῦ υἱοῦ λαμβάνων ὁ δὲ ὡς ἐξ αἰτίου γεγονὸς υἱὸς, δεύτερος οὗ ἔστιν υἱὸς κατέστηκεν, παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τὸ εἶναι καὶ τὸ τοιοῦδε εἶναι ελληφοίς. Καὶ πάλιν ἡ μὲν αὐγὴ οὐ κατὰ προαίρεσιν τοῦ φωτὸς ἐκλάμπει, κατὰ τι δὲ τῆς οὐσίας συμβεβηκὸς ἀχώριστον ὁ δὲ υἱὸς κατὰ γνώμην καὶ προαίρεσιν εἰκὼν ὑπέστη τοῦ Πατρὸς, *Dem. Ev. IV. 3.*

2) Φῶς δεύτερον, *l. l. IV. 3.* Οὐχ ὁ πρῶτος Θεός, *l. l. V. 4.* Δεύτερος αἴτιος τῶν ὄλων, *l. l. V. 1.* Μείων ἢ κατὰ τὸ πρῶτον αἴτιον, *l. l. V. 11.*

3) Οὐκ ἰδιόκτητον αὐτὴν (sc. Deitatem) ἔσχηκεν ὁ μὲν γὰρ δίδωσιν, ὁ δὲ λαμβάνει ὥστε κυρίως καὶ ἓνα ἐκεῖνον εἶναι Θεόν, καὶ μόνον μὲν καὶ φύσει ὄντα, καὶ μὴ παρ' ἑτέρου λαβόντα τὸν δὲ τῶν δευτέρων ἡξιώσασθαι καὶ τὸ Θεὸν εἶναι λαβόντα παρὰ τοῦ Πατρὸς ἔχειν ἑνὸς τε ὄντος Θεοῦ τοῦ καθ' ἑαυτὸν ἀνάρχου καὶ ἀγεννήτου ὄντος, διὰ δὲ τοῦ υἱοῦ ὡς ἂν δι' ἐσόπτρου καὶ εἰκάνος ἐπιθεωρουμένου, *l. l. V. 5.* Οὐκ ἀναρχος ἂν, οὐδὲ ἀγεννητος, ἵνα μὴ δύο ἀρχαὶ καὶ δύο Θεοὺς ὑποστήσῃται, *adv. Marc. II. 6.*

„est 1). Jam veteris oeconomiae tempore nonnun-
quam hominibus apparuit 2); quum vero tempus
„homines salvandi venisset homo factus est 3); nihi-
„lominus ubique praesens mansit, cum Patre et in
„Patre fuit, coelestibus terrestribusque rebus provi-
„dere non desiit 4).

Ex his Eusebianaе doctrinae lineamentis efficitur,
quantum ab Arianismo differat; tam Filii creatio e
nihilo quam formula: ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν ὁ υἱὸς reji-
citur; semper cum Patre fuisse dicitur Filius; non
adoptatus, neque ὀνόματι tantum, sed naturalis Dei
Filius eoque ipso Deus vocatur, atque homo factus
essentiâ non mutatus esse perhibetur. Num *Ariana*
haec sunt? Secundus Deus quidem ab EUSEBIO di-
citur Filius, secunda omnium causa, Patre inferior,
voluntate Dei genitus, imo Dei δημιουργημα; sed ne
obliviscamur, inter haec efflata multa esse, a quibus

1) *Dem. Ev.* V. 5. Cf. *adv. Marc.* I. 10: Διὸ καὶ τιμᾶν καὶ
σεβειν καὶ προσκυνεῖν μόνον αὐτὸν ὡς Κύριον καὶ Θεόν, et *Dem. Ev.*
IV. 5. Ὅν δαὲ ἀληθῆς μὴ ἀγοεῖν, σεβειν δὲ καὶ τιμᾶν ἐπαξίως, ὅτι
δὴ πάντα δι' αὐτοῦ οὐ μόνον ἐν ἀρχαῖς τῶν ὄλων συνέστη, ἀλλὰ καὶ εἰς
ἀεὶ γέγονεν.

2) *Dem. Ev.* V. 11.

3) *l. l.* IV. 11.

4) Τὰ πάντα ἐπλήρου καὶ τῷ Πατρὶ συνῆν, καὶ ἐν αὐτῷ γε ἦν —
οὐδαμῶς τῆς παντάχως παρουσίας ὁμοίως ἡμῖν ἀποκλειστέος, *l. l.*
IV. 13.

usurpandis ne ATHANASIUS orthodoxique patres quidem caverent, atque memoria teneamus, EUSEBIUM non *Nicaenis*, sed *Seminicaenis* annumerandum esse. Magni quidem Dei ἀγεννησίαν facit EUSEBIUS, magnumque discrimen Patrem ἀγέννητον inter et Filium γεννητὸν esse putat pariter cum ARIO Anomoeisque; si vero ejus doctrinam cum sententia Arianorum comparabimus, comperimus ab Arianis spatium Patrem inter et Filium quam maxime dilatari, ab EUSEBIO vero quam maxime diminui, quippe qui tanta praedicata Filio attribuat, quanta cum Dei ἀγεννησίᾳ non pugnare ipsi videantur. Clare perspicimus, quanti magni illius *Caesareënsis* intersit, Filium esse personam a Patre distinctam, quantoque emanatismi et Sabellianismi affectus sit metu¹⁾; metus ille effecit, ut *symbolo Nicaeno* subscribere atque voces ὁμοούσιος et ἐκ τῆς οὐσίας usurpare nollet, quamvis cum summa Nicaenae fidei: „Dei Filius naturâ Deus, eo ipso non creatus est,” plane conveniret; metu sublato *Nicaenus* factus est.

Quod de EUSEBIO diximus, valet etiam de CYRILLO *Hierosolymitano*, de BASILIO *Ancyrensi*, de EUSTATHIO, verbo de omnibus *Semiarianis*²⁾, qui quum

1) Maxime hoc patet ex ejus judicio de imagine tam frequenter usurpata lucis fulgorisque.

2) Qui de principibus Semiarianorum plura cognoscere velit inspiciat WALCH, l. l. pag. 633—635.

pacem reconciliare vellent inter utramque partem dimicantem, doctrinae ecclesiasticae ante-Nicaenae de Filii necessitudine cum Patre favendo, *Arianorum* classis haberi non possunt.

E dictis sequitur, neque Arianorum distinctionem in *Arianos*, *Semiarianos* et *Anomoeos*, neque eorum distinctionem in *Arianos* et *Semiarianos*, a nobis approbari. Alios Arianismi fautores non cognovimus nisi eos, qui *Anomoei* vulgo dicuntur, de quibus quum jam egerimus, primae nostri speciminis parti finem imponimus, et ad secundam partem progredimur, in qua formas attendendas, quibus Arianismus variis temporibus sit indutus, nobis proposuimus.

PARS SECUNDA.

FORMAE, QUIBUS ARIANISMUS VARIIS TEMPORIBUS
EST INDUTUS.

Condemnari non idem esse ac vinci, nos docet Arianismi historia. Quippe quamvis ARII sententia jam a^o 325 a concilio *Nicaeno* esset condemnata, per multa decennia, vario successu usa, ecclesiam conturbavit, cujus non modo fuit condemnare, sed etiam oppugnare, defendere, exponere. Tandem exeunte saeculo quarto victoriam conclamare potuit ecclesia, multum quum deberet ATHANASIO magnisque *Capadocibus*. A secundo concilio oecumenico *Constantinopoli* a^o 381 habito iterum condemnatus, Arianismus devictus extra imperium Romanum inter gentes peregrinas quaesivit perfugium. Ab hoc inde concilio ecclesia per multa saecula ARII haeresi intaminata mansit, quod sane non miramur, si victoriam spectemus, tanto labore a Nicaenismo reportatam, nec non vincula attendamus, CHRISTI nomen professis ab

hierarchia mediæ aevi injecta. Neque postquam Reformatio saeculo decimo sexto vincula illa rupit Christianisque libertatem cogitandi reddidit, Arianismus fautores nactus est. Plurimae quidem sententiae de necessitudine Filium Dei inter et Patrem, a prisca ecclesia jam rejectae, ab *Antitrinitariis* (quo nomine omnes complecti solemus, qui Reformationis tempore doctrinam de Trinitate ecclesiasticam oppugnarunt) recoctae sunt, ut *Sabellianismus* a SERVETO, *Samosatenismus* a SOCINIS aliaeque haereses ab aliis; *Arianismo* vero honos ille non contigit¹⁾. — Neque dogmatismus, in quem ecclesiae Reformatae, quae Trinitatis dogma ab ecclesia mediæ aevi acceperant, delapsae sunt, *Arianismum* reviviscere sivit; quod vero saeculum 17^{um} profiteri non ausum est, saeculum 18^{um} non tacuit, postquam denuo cogitandi libertas in servitutis locum successit. In Anglia, ubi libertas illa maxime manifestata est, multi doctrinam ecclesiasticam, et imprimis doctrinam divinae CHRISTI naturae aggredi coeperunt; minime tamen ut Reformationis tempore temere eam abjecerunt; primum enim eam compararunt cum Sacrorum Scriptorum effatis, tam diu neglectis; num mirandum eos, illa

1) Nonnulli injuriâ CAMPANUM Arianis annumerarunt; *Subordinationismo* enim, cum *Arianismo* non confundendo, aequè ac serioribus temporibus *Arminiani*, addictus fuit. Cf. DORNER, l. l. II. pag. 648, et TRECHSEL, *Die Protestantischen Antitrinitarier*, tom II.

comparatione usos, doctrinam, quam ab ecclesia accepissent, non approbasse, illique aliam praetulisse? Num mirandum inter eos etiam fuisse, qui *Arianismum* praefendum esse putarent? — Inter hos Arianismi fautores SAMUEL CLARKE non minimum occupat locum. Doctus ille vir saeculo 18^o ineunte librum conscripsit qui inscribitur: "*The scripture doctrine of the Trinity*" (cujus tertia editio a^o 1732 prodiit), in quo suam sententiam de Filii necessitudine cum Patre exposuit, atque eam unice biblicam et veram esse e 1251 Sacrae Scripturae locis probare studuit. — Hanc CLARKII sententiam Arianismo esse cognatam, imo nihil aliud esse nisi Arianismum, peculiari forma indutum, ostendere conabimur.

SECTIO PRIMA.

S. CLARKII SENTENTIA DE FILII DEI NECESSITUDINE

CUM PATRE

SIVE

ARIANISMUS SOCINIANA FORMA INDUTUS.

„Filius est persona divina, quae cum Patre, primâ
„summâque omnium causâ, inde ab initio fuit ¹⁾;
„tamen non a se ipso est, quippe qui omnia sua a
„Patre acceperit, tam existentiam quam omnes suas
„proprietas ²⁾. Quomodo omnia haec a Patre ac-
„ceperit definire nobis non licet, quum Scriptura
„ipsa id non accurate definiat ³⁾. Ideirco eorum

1) § 2.

2) § 12.

3) § 13. *Generatum* quidem Filium vocat CLARKE, diserte vero monet, generationem proprio sensu non esse accipiendam, sed tantum significare: „immediate derivation of being and life from God himself;” affirmat, ex eo quod inter homines filius *ἑμωσῆτος* sit patri, non effici, ut Filius Dei Patri sit *ἑμωσῆτος*, nam: „among men a son

„sententia rejicienda est, qui Filium e nihilo creatum
„esse dicant¹⁾; sic ii quoque ultra scriptum sapiunt,
„qui formulae $\eta\nu \delta\tau\epsilon \upsilon\beta\alpha \eta\nu \delta \upsilon\iota\delta\varsigma$ subscribant, quum
„Sacra Scriptura non dicat, Filium quondam genera-
„tum esse, et tantummodo affirmet, eum cum Patre
„fuisse inde ab initio et ante omnes aeones²⁾. Exi-
„stentiam non Divinae essentiae necessitati, sed in-
„comprehenso Patris voluntatis actui debet, quare
„Patri subordinatus est³⁾. Omnia quae egit agitque,

does not, properly speaking, derive his being from his father; father in this sense signifying merely an instrumental not an efficient cause: but God, when He is stiled Father, must necessarily be understood to be a true and proper cause, really and efficiently giving life. Which consideration clearly removes the argument usually drawn from the equality between a father and his son upon earth,” pag. 267.

1) § 14.

2) §§ 15, 16. Eandem prudentiam CLARKE alibi observat; ad Joh. I: 1 e. g. dicit modo: „The word was before all ages, before the creation of the world” pag. 78, et ad Col. I: 15 sententia eorum, qui Filium paulo ante mundi creationem a Patre esse generatum ducunt, metaphysica speculatio habetur, fundamento scripturario carens, quippe: „when the words of scripture declare the generation of the son, they never express any limitation of time nor particular manner of production; but only assure us, that He was in the beginning and was with God and was before all things and was the firstborn of every creature,” pag. 190.

3) Actus ille Patris voluntatis, Filii existientiae causa, plurimi a CLARKIO habetur, ut fundamentum multorum, quae de Filio a Sacris Scriptoribus dicuntur. Quid? quod ne potuit quidem Pater Filium generare naturae necessitate constrictus: „Whatever any person is supposed to do, not by his power and will, but by mere necessity of nature, 't is not indeed he that does it at all, in any true pro-

„tam mundi creatio quam alia opera, effectus sunt
„Patris potentiae, modo nobis ignoto cum ipso com-
„municatae; omnia agit secundum voluntatem et
„nomine Patris, omnia agit in Patris honorem ¹⁾.
„Quid? quod ad Deum preces fuisse Deoque gra-
„tias egisse saepius dicitur ²⁾. Tamen Sacram Scri-
„pturam secuti, Dei nomen ei imponere possumus ³⁾,
„modo caveamus, ne propter metaphysicam essentiam

priety of speech, but necessity only." Huic tamen notioni generationis temporis notionem non adhaerere, probare studeat CLARKE dicendo: „However since the attributes and powers of God are evidently as eternal as his being; and there never was any time wherein God could not will what he pleased and do what he willed, and since it is just as easy to conceive God always acting as always existing, and operating before all ages, as easily as decreeing before all ages: it will not at all follow, that that which is an effect of his will and power must *for that reason* necessarily be limited to any definite time," pag. 275. Imagine lucis fulgorisque injuriâ usos esse multos, ad probandum Filium necessario generatum esse a Patre, demonstrare conatur pag. 281: „Rays flow from the sun, not at all as from a cause, but as from an instrument only. They flow from it necessarily; because there is a power, a cause superiour to both, which has so appointed or constituted both the sun and its rays. But from the first cause nothing can emanate but by his will. The first cause can in no possible sense be a necessary agent, before there is no power superiour to his."

1) §§ 34—37.

2) § 38.

3) § 24. Tamen observandum est: „that the word *God*, in scripture, when used absolutely, always signifies the person of the Father; and where it is applied to CHRIST, its *relative* signification clearly appears in the construction of the text it self," pag. 354.

„(quamvis divinissimam) ei hoc nomen concedamus;
„Deus non dici potest nisi ob proprietates quae
„nos spectant (relative to us), et ob divinum, quod
„in nos exercet, imperium ¹⁾), quum maximae qui-
„dem actiones, ut mundi creatio, et maximi tituli,
„ut *πρωτόδικος, εἰκὼν τοῦ Θεοῦ, ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων*,
„ei attribuantur, independentia vero summumque
„imperium, utpote quae communicari nequeant,
„Patri propria sint ²⁾), ita ut, licet Filius quoque
„Deus vocetur, Pater sit Deus proprie dictus, quippe
„a se ipso Deus, omniumque quae sunt (Filii quo-
„que) causa et origo ³⁾). Quod attendentes, Filium

1) § 27. Non solum Filium sed etiam Patrem Deum non vocari ob metaphysicam essentiam, sed ob attributa „relative to us” CLARKE monet pag. 294: „The word *God*, when spoken of the Father himself, is never intended in scripture to express philosophically his abstract metaphysical attributes, but to raise in us a notion of his attributes relative to us, his supreme dominion, power, goodness,” etc.

2) § 27. Nisi Filium independentem esse, summamque imperii tenere negemus, ejus incarnationem specie tantum locum habuisse docet CLARKE quam disertissime pag. 186: „concerning the Father it would be the highest blasphemy to affirm, that He could possibly have become man; or that He could possibly have suffered in any sense, in any supposition, in any capacity, in any circumstance, in any state or in any nature whatsoever.”

3) § 39. Cf. §§ 43—46. Ita Monotheismus intactus manet; neque enim „a father in his own house, and his son and heir in the same house, are two masters; because the authority is indeed only that of the father, exercised by the son.” neque „a king upon the throne and his son administering the father’s government, are two kings.” pag. 335.

“etiam colere et adorare possumus, et quidem ob
“amorem, quo semper nos amplectitur, nec non ob
“imperium, quod obedientia, Patri his in terris prae-
“stita sibi paravit; hic honos illi debetur, qui Rex,
“Legislator et Deus noster sit, minime ob metaphy-
“sicam ejus essentiam¹⁾, neque ob majestatem in-
“carnatione anteriorem; antequam enim homo factus
“est, Schechina vel habitatio Patris majestatis fuit²⁾,

1) § 51. De nulla alia re CLARKE fusius agit quam de honore, Dei Filio debito. Metaphysicae naturae, per se spectatae, nullum honorem praestari posse existimat, “quomodo enim alicui honorem praestabimus quem ignoremus.” Quilibet reverentiae vel adorationis actus prorsus personalis est, ejus, quem adoramus, potestati imperioque accommodatus; sic honor regi praestandus non idem est, quem magistratui debemus; sic “the honour or worship peculiar to God, the Almighty Father, is the solemn acknowledging him to be supreme over all, absolutely and independent of any; and this honour cannot possibly be communicated to any other person. The honour peculiarly due to CHRIST is the acknowledging him to be our Redeemer, Mediatour and Intercessour; and this honour or worship can no more be given to the Father than that of the Father can be given to the Son,” pag. 380. Angeli vero mortuique nullo honore sunt afficiendi, “utpote quibus nullum imperium divinitus sit concessum, quique ministri duntaxat sint, in eorum gratiam missi, qui salutem aeternam consequantur, quapropter eos revereri sit idololatria,” pag. 381. Quaecumque notio sit idololatriae, alibi significat CL.: “This is the true notion of idolatry, the ascribing to any being, real or imaginary, such invisible dominion or power and consequently such worship or honour, as does not belong to it — so far as dominion and power and authority is ascribed to any being, more than it really has, so far that being is merely an idol, a mere fiction of the imagination,” ad Gal. 4:8, pag. 25.

2) Ut plerique patres ecclesiac, *Angelum Jehovah*, in V. F. sae-

„ita ut in Ipsius personam (in his own person)
„adoratio non conveniret ¹⁾. Post vitam demum
„terrestrem peculiari majestate, operis perfecti prae-
„mio, donatus, et ad Patris dextram positus est, ut
„totius ecclesiae acciperet reverentiam atque adoratio-
„nem ²⁾. Honor, tali modo Filio praestitus, Patri
„honor non esse non potest ³⁾.

Quamquam Subordinationismus non idem est ac
Arianismus, haec subordinationis theoria, cui CLARKE
favet, ab Ariana non differre jure dici potest. Di-
serte quidem negat CLARKE, se iis assentiri, qui Fi-
lium e nihilo creatum esse, et quondam non existi-
tisse statuunt; quidni vero iis assentitur? „*Quia*
Sacra Scriptura neque de modo, neque de tempore, quo
Filius generatus sit, quidquam monet,“ en unica ra-
tio, unica scilicet a CLARKIO ipso indicata; aliam

pius memoratum, Dei Filium habet CLARKE, ante incarnationem po-
pulo Israëlitico apparentem. Cf. ejus annotationes ad Act. 7: 30—32;
Joh. 1: 1; 8: 58; 12: 41. — Hunc Angelum spectans, de Schechina
in τῷ λόγῳ ἀσάρκῳ habitante loquitur.

1) „Yet He had not the distinct worship paid to him in his own
person, but appeared only as the (Shecinah or) habitation of the
glory of the father, in which the name of God was,” § 48. Cf. pag.
374: „’t is observable that we never find in scripture any worship
paid to CHRIST, upon account of God’s having created the world by
him, or of any other act done by him before his incarnation.”

2) § 50.

3) § 52.

enim ob causam eum *Ariana* illa rejecisse, ex omni ejus libro efficitur. Quippe eadem reverentia Sacrum Codicem non afficit, ubi de aliis opinionibus agitur. Filium e. g. generatum esse *Patris voluntate*, in dubium non vocat, imo diserte docet: attamen nullum locum S. Scripturae citat, quo hanc opinionem, quam maximi habet, defendat ¹⁾. Quidni eam rejecit, sicut Arianorum sententiam modo laudatam, S. Codice nihil de utraque monente? Quia patres *orthodoxi* eam non rejecerunt, Arianique ab ecclesia condemnati sunt, verbo quia pro *haeretici* fautore haberi noluit. Nonne metus ille ab opinionibus deflectendi, orthodoxis habitis, elucens ex omni CLARKII libro, cujus dimidia fere pars citationibus continetur e scriptis patrum ecclesiae, majore jure causa dici potest Arianorum effatorum rejectorum, quam Scripturae silentium ²⁾? Tollas §§ 14 et 16, ubi de his effatis agitur, vel potius rejectionem in laudationem commutes, CLARKII systema idem manebit. Nullum enim effatum afferri potest, ex quo efficiatur, ut Clarkiana sententia de necessitudine Filii cum Patre Arianae sit opposita; contrario omnibus, quae CLARKE de Filio dicit, subscribere potuit ARIUS. Quum enim

1) Cf. pag. 275—284.

2) Fortasse condemnatio W. WHISTONIS, cui a^o. 1710 *Arianae* haereseos causa munus abrogatum est (cf. DORNER l. l. III. pag. 902), multum contulit ad CLARKIUM prudentiorem reddendum.

copiose dicat CLARKE, Filium non ex essentia, sed voluntate Dei generatum esse, eum omnia sua a Patre accepisse, atque Patri prorsus subordinatum esse, nonne pronum in Arianismum se praestat? Et quum (quod imprimis animadvertendum est ¹⁾) CLARKIUM audiamus dicentem, Filium non propter essentiam, sed propter amorem, quem nobis praestiterit, imperiumque, quo a Patre ornatus sit, Deum nominari atque nobis adorandum esse, nonne in ARII haeresin delabitur? Qui Filium, ante mundi creationem genitum, non naturâ Deum esse, sed gratiâ et voluntate Patris Deum factum esse praedicat, Arianismo non addictus esse non potest; nihil autem hoc copiosius affirmavit CLARKE ²⁾.

1) Etenim ex eo, quod CLARKE Filium Patri subordinat, nondum efficitur, ut eum ARIO faciat; ut jam monuimus, *Seminicaeni* quoque Patrem Filio superiorem habuerunt; quae vero apud hos inter se pugnant effata, apud CLARKIUM amice conspirant; ut enim jam vidimus, EUSEBIUS aliique Filium naturâ Deum vocare non dubitarunt, quo Arianismum evitarent, CLARKE vero, Filium obedientiae imperiique causa Deum factum esse dicens, Arianismum, quo aliis effatis jam tendit, evitare non potest. Quamvis igitur ad quaestionem de CLARKII Arianismo dijudicandam ea effata, quibus causa indicetur, ob quam Filius Deus credatur, pluris sint aestimanda, quam ea, quibus Filius Patre inferior dicatur, neque haec sunt negligenda, et lapides dici possunt, Arianismi aedificio construendo allati.

2) Cf. verba supra laudata, quibus τῷ Λόγῳ ἀσάραξο divinum honorem abjudicat, atque CHRISTUM nobis adorandum esse monet propter ea, quae nostrâ gratiâ egerit agatque. Luculenter ex iis patet, CLARKIUM Filium naturâ Deum habere non posse. Ceteroquin nemo, probaturus, Filium Dei a creaturis distingui, provocet ad ea, quae

Ubi igitur eum omnia praemissa Ariana (quorum nonnulla Nicaenae fidei plane opposita) accipientem videmus, conclusionem vero: Filius est creatura, rejicientem (non quod contrarium credit, sed quod ultra quam scriptum est progredi non audeat), eum ab *Arianorum* parte stare existimamus ¹⁾. Si quis dicat, magnum discrimen esse theologi Anglici doctrinam inter et Anomoeorum, libenter profiteamur, nos quoque discrimen hoc non praeteriisse, et CLARKIUM hanc ob causam potius *Semiarianum* ²⁾, quam *Anomoeum* a

CLARKE pag. 275 dicit de temporis notione a notione generationis amovenda, nam: *a.* dicit quidem, nihil impedire quominus negemus, Filium, Patris voluntate generatum, quondam non exstitisse, *se* vero hoc negare non dicit. *b.* Idem de mundi creatione dici potest.

1) CLARKIUM Arianismi accusantes, plerorumque, qui de ejus systemate iudicium suum pronunciarunt, vestigiis insistimus. Cf. FLATT: *de Deitate CHRISTI*, pag. 130 ff; SEILER: *über die Gottheit CHRISTI*, passim; HAGENBACH: *Lehrbuch der Dogmengeschichte* ed. 3, pag. 692; BAUR l. l. III. pag. 687; DORNER l. l. III. pag. 902; MEIER l. l. pag. 80, aliique.

2) Nemo miretur nos, antea qualibet Arianorum distinctione rejecta, nunc CLARKIUM ab Anomoeis distinguere; quamquam enim inter eos, qui saeculo 4^o a parte ARII steterunt, Anomoeos tantum Arianismi propugnatores veri nominis habemus, posterioribus saeculis *Semiarianos* provenire potuisse non negamus. Ariani enim cum Filio, licet creato, medium quasi locum inter Deum et mundum designarent, Filium alii Patri propiorem, alii a Patre remotiorem sibi proponere potuerunt; CLARKE primae classi annumerandus est, quare *Semiarianus* dici potest. Proprie quidem medium non est inter Arianismum et doctrinam CHRISTI Deitatis; aut creatus, aut non creatus est Filius; attamen esse possunt, qui, sibi non consentientes, tam alta Filio attribuant praedicata, ut multas Arianismi consecutiones evitent.

nobis vocari, dummodo observemus, ejus Semiarianismum non, ut EUSEBII aliorumque, proprie Seminicianismum esse, sed Arianismum S. Scripturae ope prudenter mitigatum, ecclesiasticae doctrinae inimicissimis consecutionibus privatum, peculiari forma indutum, verumtamen *Arianismum*.

Peculiarem illam formam, qua Arianismus a CLARKIO indutus est, *Socinianam* appellavimus, minime quod plane inter se conveniunt CLARKE et SOCINI (quis enim simul Arianus et Socinianus esse potest?), sed quod ea opinio, quae CLARKIUM a caeteris Arianis distinguit, a SOCINIS imprimis exposita est. SOCINI enim, ut novimus, CHRISTUM, quem praecëxstitisse naturaeque divinae socium esse negabant, Deum vocari posse censuerunt, nobisque adorandum esse, ob amorem, quo nos amplexus sit, summumque honorem, quo affectus sit a Patre. Ἀποθέωσις illa CHRISTI, quae Socinianismo propria est ¹⁾, apud CLARKIUM quoque praecipuum locum obtinet. Quid? quod totâ viâ non erramus, dicentes: CLARKII systemati Filii praecëxistentiae dogmate adempto, *Socinianismus* fere adest.

CLARKII Arianismus multis perplacuit, quos omnes recensere a proposito nos abduceret. Alios etiam, qui

1) Cf. BAUR l. l. pag. 143—158, qui litem F. SOCINIUM inter et FR. DAVIDEM de invocatione CHRISTI copiose narrat. Iisdem argumentis iisdemque fere verbis utitur CLARKE ad CHRISTI invocationem probandam, quibus F. SOCINUS.

ulterius processerunt, atque liberius de sua necessitudine cum Arianismo locuti sunt, ut supra laudatum W. WHISTON, J. MILTON (in libro cui inscribitur: "*doctrina Christiana*") D. WHITBY (qui primo Arianismum oppugnavit, deinde defendit) silentio praeterimus, quum consilium non ceperimus de omnibus agendi, qui idem quod ARTUS docuerint, sed eos tantum attendendos in animo habeamus, qui Arianismo peculiarem formam induerint. Inter hos haud negligendus est P. MATY, qui paullo post CLARKIUM a^o 1729 librum edidit, qui inscribitur: "*Lettre d'un théologien à un autre théologien sur le mystère de la Trinité*" Quum vero ejus sententiam multo copiosius a viro quodam, qui hocce saeculo ineunte vixerit, expositam esse comperti simus, potius hunc, quam illum loquentem inducimus ¹⁾.

1) Vir ille, P. W. BROUWER, eum sententia, quam MATY professus est, multis nominibus se convenire, ipse dixit in praefatione libri infra laudandi: "Verscheidene voornamen mannen zijn voorstanders van onze denkwijze geweest. BROES, Prof. te Leiden was er ook niet afkeerig van en gaf aangaande MATY (wiens begrip in een zeker gewichtig punt met het onze overeenkomt, hoewel het in andere opzigten verschilt) dezen wensch te kennen, dat er iemand mogt opstaan, die zijn gevoelens opzettelijk onderzocht. Wij hopen dat deze wensch van BROES door ons moge vervuld zijn, hoewel wij MATY niet in alles kunnen bijvallen." Discrimen, de quo loquitur BROUWER, nihil attinet ad nostram disquisitionem, quum quaestionem tantum spectet, utrum Spiritus S. persona sit naturae divinae particeps, necne. Convenientia autem inter utrumque, quoad rem de qua agimus, plena est.

In Germania quoque multi CLARKII librum gaudio exceperunt; SEMLERUS eum Germanice vertit, TÖLLNERUS aliique novas opiniones, quantum potuerunt, in patria sua propagarunt; cui propagationi quam maturum esset tempus, ex historia cognovimus. Dii tamen *Arianismus* ille non viguit; mox illi *Socinianismus*, *Ebionitismus* aliaque sententiae de Filii necessitudine cum Patre praelatae sunt, quos memorare nostrum non est. Monere sufficiat, neque illo tempore, neque tempore rationalismi, neque postea, (quantum comperti sumus) in Germania exstitisse Arianos, in quorum sententiam inquirere operae pretium sit. De aliis vero regionibus idem dici nequit; in nostra patria enim duae Arianismi formae exstiterunt, quae nostra attentione perdignae sunt (in quas inquirendo specimini nostro finem imponemus). Unam jam laudavimus, quum de Arianismo P. MATYI locuti sumus, eam scilicet, quae acerrimum propugnatorem nacta est in antistite *Maassluisiano* P. W. BROUWERO, qui ineunte hocce saeculo librum edidit, cui titulus: "*de Bijbelleer aangaande den persoon van JEZUS CHRISTUS* 1)." Ex illo libro (cujus secunda editio a° 1827 prodiit) BROUWERI sententiam de Filii necessitudine cum Patre hancce esse cognovimus.

1) Sententiam hoc in libro proditam ipse BROUWER explicuit in libro a° 1827 edito: *Nadere verklaring, ten vervolge van de Bijbelleer aangaande den persoon van Christus.*

SECTIO SECUNDA.

P. W. BROUWERI SENTENTIA DE FILII DEI NECESSITUDINE
CUM PATRE

SIVE

ARIANISMUS BERYLLIANA FORMA INDUTUS.

„**J**ESUS CHRISTUS vere Deus est ¹⁾); ejus Deitas vero
„ei propria non est, sed est Supremum Numen ipsum,
„quatenus cum natura creata, jam ante mundum
„conditum, se conjunxerit ²⁾). Ipse igitur aequae aeter-
„nus ac Pater cum non esset creatus ille Spiritus,
„neque a se ipso Deus ³⁾), per conjunctionem cum

1) Thesis I.

2) „De Godheid van CHRISTUS is het eeuwige Opperwezen zelf, voor zooverre het eene geschapene natuur heeft aangenomen,” th. 2. Idem dicitur pag. 121: „De Godheid des Vaders en die des Zoons is één en dezelfde,” et passim.

3) „Die verheven Geest, op zich zelve beschouwd, is nog niet God,” th. 3. „Een goddelijk persoon is Hij niet, in den Athanasiaanschen zin, namelijk even eeuwig als de Vader,” pag. 37.

„Supremo Numine divina persona factus est, invi-
„sibilis Dei imago. Solus immediate a Patre creatus,
„solus, ut primum creatus est, Deitate est impletus¹⁾.
„Ex intima illa conjunctione explicanda sunt no-
„mina Patris et Filii; si Supremum Numen seorsum
„spectamus, quatenus necessitudo Ei sit cum prae-
„stantissimo Spiritu, Patris nomen nobis explicitum
„est; si praestantissimum illum Spiritum seorsum
„spectamus, quatenus cum Supremo Numine habeat
„necessitudinem, Filii nomen nobis explicitum est;
„si utrumque spectamus, arctissime inter se conjun-
„ctum, JESU CHRISTI, Dei veri nominis, imago
„nobis ante oculos proposita est²⁾. — In CHRISTO
„igitur duae sunt naturae; superior natura vel Su-

1) „Dewijl hij alleen onmiddelijk van het Opperwezen geschapen is en dewijl de Allerhoogste na deze onmiddelijke voortbrenging zich met hem ten naauwste vereenigde, in hem woonde, hem met al de volheid der Godheid vervulde — zoo is hij een goddelijk persoon en de Eeniggeboren Zoon van God,” th. 3. Cf. pag. 225. — Ex illa conjunctione tamen non sequi, Filium aeternam existentiam nactam esse, a Patre distinctam, affirmat BROUWER pag. 123: „Als wij zeggen, dat het van den Vader aan den Zoon gegeven is de Godheid te hebben, dan heeft dit niet dezen zin, dat de Zoon op zich zelf een van den Vader onderscheiden eeuwig bestaan als God hebbe en dat hij op deze wijze de Godheid van den Vader hebbe, maar dat de Zoon een eindig schepsel is en blijft, (en nogthans de volkomene Godheid bezit, omdat de Vader zich met dat eindig schepsel vereenigd heeft, het als zijn heiligdom bewoont en er dus de Goddelijke waardigheid aan mededeelt.”

2) th. 3.

„premiun Numen est CHRISTI Deitas, subordinata
„natura est *ὁ λόγος* vel CHRISTUS ipse¹⁾. Itaque
„non nisi unus est Deus, unaque divina persona,
„scilicet Supremum Numen vel Pater; Filius est
„divina persona, quatenus omnia in ipso divina a
„Patre cum ipso sint communicata²⁾. — Per Spiri-
„tum illum, itaque non immediate, Pater mundum
„creavit³⁾; illo tamen non tanquam instrumento
„usus est; nimirum creatio non finitae, sed infi-
„nitae potentiae actus est; qui creat omnipotens
„est; Filius creavit mundum, ergo omnipotentia ei

1) „Het Opperwezen of de hoogere natuur is de Godheid van CHRISTUS, en de ondergeschikte natuur is de *λόγος*, het Woord, de CHRISTUS zelf,” th. 3. Quomodo duae illae naturae in unam personam sint conjunctae, mente non comprehendit BROUWER, neque ab ullo homine comprehendi posse putat; non semel conjunctionem illam finitae et infinitae, dependentis et independentis, creatae et divinae naturarum mysterium vocat. Cf. pag. 20, 35: „Zegt iemand, is dan de CHRISTUS in twee personen bestaande? hoe is het mogelijk dat één persoon twee personen in zich vereenigt? Ik antwoord: het hoe van deze vereeniging begrijpen wij niet, omdat het eene verborgenheid is.”

2) „De Vader is op zich zelve een goddelijk persoon, maar de Zoon is een goddelijk persoon voor zooverre al het goddelijke in hem, zijne goddelijke waardigheid, majesteit enz. aan hem eigen is, uit kracht van de Godheid des Vaders, door vereeniging aan hem medegedeeld,” pag. 37. Cf. th. 9.

3) „De Allerhoogste zich mededeelende aan dien verheven Geest of Engel en in denzelve wonende, heeft in en door hem, en dus niet onmiddellijk, maar door tusschenkomst van dien Geest, de wereld geschapen,” th. 4.

„est attribuenda, quam tamen non a se ipso habet,
„sed a Patre, in se habitante¹⁾. Per intimam hanc
„communione[m] praestantissimus ille Spiritus divina
„majestate gloriaque fructus est, atque ἐν μορφῇ Θεοῦ
„fuit; hominum vero amore commotus, se ipsum exi-
„nanivit, i. e. gloria ac majestate se privavit, e
„coelo descendit, in humilem animi humani statum
„se demisit, corpore humano assumpto²⁾. Huic car-
„ceri inclusus terrestri, ad tempus animi vires libere
„exercere non potuit; ut omnes homines, scientiâ
„et scientiâ increvit, quamvis celerrime sublimis

1) „De Zoon (de geschapene natuur) vereenigd zijnde met den Schepper (den Vader) bezat de almacht des Vaders als zijn eigendom, uit kracht van die vereeniging. Hij kan uit dien hoofde gezegd worden de wereld geschapen te hebben door de almacht des in hem wonenden Vaders,” pag. 22. Cf. pag. 67, 93. Eodem sensu mundi creatio per Filium accipienda esse BROUWERO videtur, quo CHRISTUS miracula inter homines edidisse traditur (Joh. 5:17); „ut quodvis miraculum effectus fuit Patris omnipotentiae in CHRISTO habitantis, sic in Filio et per Filium mundum creavit Deus,” pag. 23.

2) Deze verheven Geest had een goddelijken luister en heerlijkheid door de inwoning der Godheid; maar uit gadelooze liefde tot de verlorene menschen, heeft hij zich in een eigenlijken zin vernietigd, d. i. hij heeft dien heerlijken luister afgelegd, is van den hemel waarlijk nedergedaald om te wonen in een gering, behoeftig, aardsch en sterfelijk ligchaam. Van de hoogte der uitnemendheid en volmaaktheid waarop hij stond, is hij vernederd tot den lagen stand van eene menschenziel,” th. 5. „De verheven Engel die ABRAHAM verscheen en reeds vóór ABRAHAM bestond, was nu zijne ziel, hetzelfde denkend Ik, doch met een ligchaam omkleed,” pag. 95.

„ingenii causa¹⁾. In statu hoc servili (ἐν μεροφῆ
„δούλου) Deo paruit, totam legem observavit, passus
„atque mortuus est²⁾. Post reditum in vitam et
„ascensionem in coelum pristinum felicitatis statum
„recuperavit, imo majore majestate affectus est³⁾. —
„Semper, tam ante quam post incarnationem excel-
„lentissimus ille Spiritus cum Patris Deitate conjun-
„ctus fuit; nunquam Filius necessitudinis cum Patre
„non conscius fuit; nunquam non Pater in illo
„fuit, neque ille in Patre”⁴⁾.

1) th. 5.

2) th. 6.

3) „Nadat JĒZUS is opgestaan en ten hemel gevaren, is die verheven Geest uit zijne vernedering weêr opgestaan, tot zijne voormalige hoogte van luister en geluk, ja heeft nog grooter heerlijkheid verkregen dan ooit te voren,” th. 7. Haec verba qua ratione in concordiam revocari possint cum iis, quae BROUWER de amore, non nisi hominum salutem spectante, saepius dicat, quo commotus Filius se ipsum exinaniret, noster auctor ipse indicat pag. 32. „Die verheven Geest zou, ofschoon hij nooit in het vleesch verschenen ware, evenwel in volmaaktheid zijn toegenomen; ook zonder tusschenkomst van vernedering en lijden zou hij over het geheel genomen dien zelfden trap van heerlijkheid bekomen hebben, dien hij thans bereikt heeft.”

4) „Onder al die veranderingen en lotwisselingen van dien verheven Geest bleef de Godheid met denzelven onafscheidbaar vereenigd, en is geen oogenblik, zelfs niet in zijn lijden en sterven, van denzelven afgezonderd geweest; JĒZUS bleef zich steeds bewust van de waarheid van zijn inzijn in den Vader en van des Vaders inzijn in hem door de allernaauwste vereeniging,” th. 8. Ex his tamen non efficitur, *Patrem* proprie dicendum esse in CHRISTO legem observasse et passum esse, nam: „de mensch CHRISTUS werd eigenlijk gehoorzaam en

Prima specie BROUWERI sententia de Filii necessitudine cum Patre nihil commune habet cum Arianismo. Quoties CHRISTUS Deus ab eo vocatur! Quot verbis Deitatis plenitudo in CHRISTO habitare ab eo dicitur! Quid? quod in praefatione libri diserte affirmat, se magis cum ATHANASIO quam cum ARIO convenire, atque sententiam suam in medium proferentem, se nihil aliud sibi proposuisse, quam CHRISTI Deitatis dogma, melius expositum, contra omnes inimicorum aggressiones defendere¹⁾. Haec convenientia vero cum ATHANASIO non nisi convenientiae species est, et discrimen inter BROUWERUM et Arianos minus est, quam prima specie videtur. Quid tandem BROUWER sibi vult, Filio Dei nomen concedens? Num significare vult Filium naturâ Deum esse? Tantum abest ut hoc credat, ut saepissime Filium ante mundum conditum e nihilo creatum, Patri subordinatum, scientiâ ac potentiâ finitum, verbo, divinae naturae *per se* non participem esse dicat. En *Arianismus*, qui doctrina *Patris Deitatis in CHRISTO habitantis* nequaquam evitatur. Quod ita esse, persuasum nobis erit, si inquiremus, quid

offerde zich op: de Vader, die in den mensch JEZUS woonde, heeft de menschheid toebereid en geheiligd om een offer van goddelijke waarde te kunnen zijn," pag. 58.

1) *Praef.* pag. 5, 8. Cf. tertia ejus libri pars, in qua sententiam suam cum aliorum sententiis comparat.

BROUWER hisce tribus respondeat quaestionibus: An CHRISTUS *aeternus* est? An Deitas in CHRISTO habitans aliquid *personale* est? An etiam *attributa* divina cum CHRISTO sunt communicata?

1. Primae quaestioni respondet BR. negando; CHRISTUM creaturam, *post* creationem Deitate impletam, habens, eum primo *factum*, deinde *Deum factum* esse putat, ergo ejus aeternitatem negat.

2. Deitatem in CHRISTO aliquid personale esse, diserte affirmat BR., cum de mysterio duarum naturarum vel personarum, in unam personam conjunctarum, saepius loqui non dubitet; hoc mysterium tamen in BROUWERI systemate fere nullum esse nobis videtur; ubi enim "*creatam naturam CHRISTO propriam* "*esse*"¹⁾, "*subordinatam naturam CHRISTUM ipsum* "*esse*" dicit, ubi CHRISTUM divinam personam esse putat, "*quatenus* omnia divina a Deo cum ipso sint "*communicata*"²⁾, ubi Dei unitatem probat, non

1) Ex eo, quod BROUWER creatam naturam CHRISTO *propriam*, et divinam ei aliquid *accidens* esse statuit, consequitur, cum falso a SUDHOFFIO (*Real-encyclopädie für Prot. Theol. und Kirche*, in voce *Holland*) Sabellianismi accusari. Ut enim MEIER (l. l. II. pag. 75) aliique recte monuerunt, Sabelliani divinam naturam CHRISTI aliquid *personale* habuerunt. Multa quidem continet BROUWERI liber Sabelliana sonantia, haec vero inde explicanda sunt, quod BR. tenacior est doctrinae ecclesiasticae CHRISTI Deitatis, quam ut eam plane dimittere possit.

2) Pag. 87. Inprimis hîc in censum veniunt verba, quibus usus

ecclesiastico modo, sc. divinam personam in CHRISTO et divinam personam Patris unam personam constituere dicendo, sed Patrem solum Deum veri nominis habendo, num divinam CHRISTI naturam *personale* quid esse existimat?

3. Quaestioni, an Deus attributa divina cum CHRISTO communicaverit, item affirmando respondet BROUWER; quo jure vero, nescimus. *Omnipotentia* quidem CHRISTO tribuitur, „sine qua Filius mundum creare „non potuit,” *omniscientia* vero ei abjudicatur; quamquam enim statuit BR.: „Filius tam ante quam post „incarnationem Patris Deitate fuisse repletum,” Filio incarnato quandam ignorantiam attribuere non dubitat, diserte dicens: „optime fieri potuisse, ut Deus, „quamvis arctissime cum Filio conjunctus, aliquid „Filius suum celavisset”¹⁾.

Quid plura? Luce clarius nobis videtur, BROUWERUM, CHRISTI Deitati *aeternitatem, personalitatem*

est BR. ad significandum, quo sensu Filium divinam personam vocet, pag. 38: „Het woord *persoon* beteekent óf een eigenlijken physischen persoon óf eene betrekking. Cajus is een eigenlijk persoon, maar diezelfde Cajus is zoon, echtgenoot en vader: dus bekleedt hij drie personen in een betrekkelijken zin.”

1) Pag. 80: „JESUS kent zich eene zekere onkunde toe (Mc. 13: 32); dit is alleen te verklaren als men aan den Zoon denkt als eene geschapene natuur; want hoewel de Allerhoogste zich op het naauwste met dezelve vereenigt en alles door haar werkt in de schepping en voorzienigheid, zoo is er niets onmogelijks in, dat de Allerhoogste een gedeelte van zijnen raad nog niet aan haar ontdekt heeft.”

et *omniscientiam* abjudicantem, non nisi *nomine* CHRISTI Deitatem defendisse, atque in Arianismum plane esse relapsum. — Quod *Ariani* Filio, e nihilo creato, a Deo gratiâ datum esse putarunt, ut vim creatricem aliaque, hoc naturam divinam *nominavit* BROUWER, eu discrimen, quod agnoscentes hujus systema *Arianismum* vocavimus, *Berylliana forma indutum*.

Beryllianam eam formam dicimus, quod cum BERYLLI *Bostrensis* (qui saeculo 3^o vixit) sententia de Filii necessitudine cum Patre maxime convenire nobis videtur. De viro illo multum inter multos certatum est, imprimis inter SCHLEIERMACHERUM et BAURIUM. Ille eum annumerat *Monarchianorum* classi, quae divinitatem in CHRISTO aliquid personale esse statuit, cuique PRAXEAS et NOËTUS addicti fuere; hic vero eum inter *Monarchianos* recenset, qui CHRISTUM merum hominem, et divina in illo Patris *ἐνεργείαν* aliquam habuerunt, quique ARTEMONEM et THEODOTUM secuti sunt. Hujus certaminis causa in eo sita est, quod de BERYLLI sententia pauca tantum et obscura nobis tradita sunt. Etenim non nisi haecce illius verba EUSEBIUS (*Hist. Eccl.* VI. 33) nobis conservavit: « Βήρυλλος — ξένα τινα τῆς πίστεως παρεισφέρειν ἐπειρᾶτο, τὸν σωτῆρα καὶ κύριον ἡμῶν λέγειν τολμῶν μὴ προῦφεστάναι κατ' ἰδίαν οὐσίας περιγραφὴν πρὸ τῆς εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας, μηδὲ τὴν

Θεότητα ἴδιαν ἔχειν, ἀλλ' ἐμπολιτευομένην αὐτῷ μόνον τὴν πατρικὴν." Quorum sensus huc redire nobis videtur: "Conservator noster, antequam homo factus est, "persona a Patre distincta non fuit, neque homo "factus Deitatem sibi propriam habuit, sed Patris "modo Deitatem in se habitantem." — Patet igitur, magis cum BAURIO quam cum SCHLEIERMACHERO nos facere, BERYLLUMQUE *Artemonitis* propius quam *Sabellianis* accedere a nobis existimari. Tamen merum *Artemonitam* eum non habemus; veri simillimum nobis videtur, eum *Nestoriano* modo de duarum naturarum in CHRISTO conjunctione cogitasse, quarum divina Patris esset Deitas, humana CHRISTI persona ipsa¹⁾. Quis vero convenientiam eum inter et BROUWERUM non perspicit? Ubi legimus apud antistitem *Maassluisianum*: "Deitas Patris et Deitas "Filii est una eademque" (pag. 121); "Sublimis ille "Spiritus, per se spectatus, non est Deus, sed communicatione cum Deitate Patris Divina persona factus "est" (pag. 2); nonne *Berylliana* docet? nonne eandem rem iisdem verbis ac BERYLLUS exprimit? —

1) Quamquam igitur merus *Artemonita* non est, utpote qui praeter humanam in CHRISTO naturam agnoscat divinam, valde inclinat ad *Artemonismum*, quocum ei eadem nobis esse videtur necessitudo, quae BROUWERO est cum *Arianismo*. Uterque sibi constans Patris Deitatem in CHRISTO habitantem ad vim divinam vel attributa divina, a Patre cum CHRISTO communicata, non reducere non potest.

BROUWERI igitur sententiam de Filii necessitudine cum Patre *Arianismum* esse *Berylliana forma indutum* nonne jure contendimus?

Quod de BROUWERO diximus, spectat quoque P. MATY, quem supra laudavimus.

Altera, quam in patria nostra exstitisse diximus, Arianismi forma, multos non modo habuit fautores, sed etiam nunc habet. Placet *scholae Groninganae*, vel potius (ut verbis utamur unius principum propugnatorum) „societati amicorum, qui inde ab anno 1837 ut Theologi in publicum prodierunt, et *Groningani* theologi appellari possunt, quod plerique *Groningae* vel prope *Groningam* degant, nec non eorum ephemeris, cui titulus: *Waarheid in liefde*, typis ibi exprimitur”¹⁾. — Horum virorum sententiam de Filii necessitudine cum Patre ARII sententiae esse cognatam, probare studuimus, unum ex illis loquentem inducentes, qui prae aliis sententiam illam exposuit, scilicet P. HOFSTEDE DE GROOT, Theologiae Professore in academia *Groningana*. Cum brevitatis causa tum quod dubitamus, an sententia illa etiam nunc omnibus *Theologis Groninganis* placeat²⁾,

1) Cl. HOFSTEDE DE GROOT in libro: „*de Groninger Godgeleerden in hunne eigenaardigheid.*” pag. 26.

2) Dubii illius causa sunt verba H. DE GROOT, in libro I. pag. 164: „Deze voorstelling van een persoonlijk voorbestaan van den Logos, die als Jezus Christus op aarde leefde, behaagt evenwel niet aan al onze vrienden, die in *Waarheid in Liefde* schrijven.”

ejus modo scripta consulimus, qui inter eos egregium obtinet locum, et sententiam suam nondum mutavit.

Scripta quae consulimus sunt: *Lineamenta Theologiae Christianae universae*, ed. 3. 1848; *De berigten aangaande het onderscheidend karakter der Groninger Godgeleerde school van Mr. L. DA COSTA toegelicht*, 1848; *Een woord aan de Hervormde gemeente te 's Gravenhage, over de Groninger Godgeleerden*, 1851; *de Groninger Godgeleerden in hunne eigenaardigheid*, 1855 et *Ephemeris: Waarheid in Liefde* 1841 et 1848.

— 32 —

SECTIO TERTIA.

SENTENTIA P. HOFSTEDE DE GROOT DE FILII DEI NECES-
SITUDINE CUM PATRE

SIVE

ARIANISMUS DOCETICA FORMA INDUTUS.

„CHRISTUS est Dei Filius, i. e. et vitam eamque
„spiritualem habet auctore Deo, et ita Deo indole
„est simillimus, et propterea a Deo amatur, et Divi-
„norum bonorum omnium particeps est perpetuo¹⁾.
„Dei *Filius*, non Dei *Frater* quum sit, Deo aequa-
„lis non est²⁾; habet quidem naturam prorsus Di-
„vinam, Deo simillimam, a Deo vero acceptam,
„quare inferior est Patre³⁾. Unigenitus Filius Dei

1) *Comp.* pag. 33; *De Berigten* pag. 14.

2) *Comp.* pag. 94.

3) *De Gron. Godg.* pag. 183, ubi *Subordinatismi* patronum se esse candide dicit professor Groninganus. Cf. pag. 170: „eerst bestond God alleen; toen bragt Hij het Woord voort, die Gods Zoon is genoemd en oock wel eens God wordt geheeten, doch altijd de tweede

„est, quia perfectione et sanctitate omnibus antecel-
„lit; Dei perfectus est Filius, prorsus sanctus, di-
„vinae particeps naturae sine ullo peccato ¹⁾, perfe-
„ctissima Dei imago, omnibus quas novimus, imo
„omnibus quas cogitare possumus, Dei imaginibus
„longe praestans. Quid? quod Divinae naturae tan-
„topere est particeps, ut jure Deus (vel divina per-
„sona) dici possit ²⁾. — Sanctitas vero illa, quam in
„omni vita terrestri ostendit JESUS, cum eo non
„mechanice a Deo est communicata; sibi eam ac-
„quisivit tam post quam ante incarnationem; pecca-
„tum enim in eo non invenire non potuissent ho-
„mines, nisi antea in altioribus regionibus animi
„facultates exercuisset ³⁾. Multo ante ortum e vir-

na den Vader en minder dan de Vader,” quae verba: quamvis proprie TERTULLIANI sint, tamen illius quoque sententiam significare, e contextu patet.

1) *Toespraak* pag. 24.

2) *Comp.* pag. 93; *De Berigten* pag. 15: „Deze Zoon nu, die door God der Goddelijke natuur zoozeer deelachtig is, dat Hij zelfs met regt God (of een Goddelijk persoon) kan heeten, is het zichtbare beeld des onzigtbaren Gods, en wel zulk een allervolmaaktst beeld, dat Hij verre boven alle beelden van God staat.”

3) *Comp.* pag. 38; *de Gr. Godg.* pag. 163: „Die heiligheid was geene willekeurige mededeeling van hoogere kracht, want hoe zou CHRISTUS dan voor ons, wien die kracht niet geschonken is, ten voorbeeld kunnen strekken? Zij is dus alleen verklaarbaar nit een heilig leven hem vroeger reeds eigen.” *Toespr.* pag. 23; *W. in L.* 1841, pag. 97: „Dwaling of zonde had wel in Hem moeten komen, zoo Hij

“gine MARIA, imo ante mundum a se conditum, ar-
“ctissimo vinculo cum Patre junctus fuit, maximaque
“gloria apud Patrem fructus est ¹⁾). In coelis a Deo
“institutus informatusque est, atque inter sanctos se
“explicuit; perfectione, virtute sapientiaque progres-
“sus est, auctore Deo, itaque aptus est factus, qui
“maximum inter homines perageret opus, quod pera-
“gendum a Patre accepisset ²⁾). — Hoc opus peractu-
“rus, conditionem coelestem, gloria plenam, deseruit
“atque in terram descendit; homo factus est, i. e.
“persona factus est, in qua δ Λόγος locum teneret
“spiritus hominibus proprii, cuique idem corpus es-
“set, quod omnibus est hominibus ³⁾). Ita JESU vita
“his in terris acta continuatio esse potuit vitae

voor het eerst onder zondaren zijne vermogens had moeten oefenen.”
Cf. *W. in L.* 1848, pag. 138.

1) *Toespr.* pag. 23; *de Gron. Godg.* pag. 163: “Een voorbestaan van eene onbegonnen eeuwigheid durven wij den Heer niet toeschrijven; want noch de Heer, noch de Apostelen doen het. Zij laten het bij de geschiedkundige verklaring dat Hij was vóór ABRAHAM en vóór de wereldschepping, zonder te bepalen hoeveel vroeger Hij reeds bestond. En wij houden ons aan hun, bovenal aan zijn eigen woord, en voegen niet uit onze redeneringen daar tusschen, dat Hij dan van eeuwigheid moet hebben bestaan.” *Berigten*, pag. 16.

2) *Comp.* pag. 38, 40, ubi progressionem illam necessariam fuisse hisce verbis dicitur: “Neque aliter fieri potuit in Dei Filii natura, etsi excellentissima, tamen a Deo pendente, qualem se Filius semper agnovit. Haec a Patre institui informarique debuit.” Cf. *W. in L.* 1848, pag. 131.

3) *Comp.* pag. 36; *de Gron. Godg.* pag. 165, 173.

„coelestis excellentissimae, et ad majorem excellentiam
„explicatio” 1).

Quis de cognatione Cl. HOFSTEDE DE GROOT cum
Arianis dubitabit, ejus sententia cognita de Filii
necessitudine cum Patre? Non semel dicit, Filium
vitam spirituales accepisse a Deo, Patrique esse
subordinatum; ab opinione aversum se non praestat,
Patrem aliquamdiu sine Filio vixisse; aeternitatem
Filio attribuere *non audeb.* Nusquam quidem Filium
e nihilo procreatum esse praedicat, nullum vero ef-
fatum ex ejus scriptis afferri potest, quod huicce thesi
contradicat: *Filius nullo nomine a rebus creatis dif-
fert, nisi quod primus existit, omnibusque intelli-
gentibus naturis virtute et ingenio longe antecellat.*
Unigenitus quidem Dei Filius, imo Deus vocatur,
atque divinae naturae particeps habetur; quid vero
haec significant, si verbis *divinae naturae particeps*
addatur: *sine ulla labe, tantopere, usque adeo, pror-
sus?* Quodnam pretium tribuendum est verbis: *Fi-
lius Dei Deus dici potest*, si alibi legamus: „divina
„omnia capere potest natura humana, et qui perfe-
„ctissimus est homo, eo ipso jam indole tota est
„maxime Divinus 2) ?” Quo nomine Dei Filius uni-

1) *Comp.* pag. 38.

2) *Comp.* pag. 36. *Cf. de Gron. Godg.* pag. 165—166, ubi haec

"genitus a creaturis quoad naturam interest, si ad
" conjunctionem Filii cum Patre ex ipsius illius
" mente rite interpretandam, multum faciat, si obser-
" ves solere eum eodem modo iisdemque verbis enun-
" ciare conjunctionem illam, quae ipsi cum Patre
" intercedit atque eam quae amicis suis secum 2)?"

Ex his omnibus patet, Cl. HOFSTEDÉ DE GROOT Dei
Filium eodem sensu divinae naturae participem di-
cere, quo CHRISTI discipuli divinae naturae participes
dicantur (2 Petr. 1:4), i. e. *sensu morali*. Qui au-
tem Dei Filio, ante mundum conditum genito, non
nisi ob sanctitatem Dei nomen imponat, eumque
non nisi majore sanctitate creaturis antecedere pu-
tet, num ab Arianismo longe abest?

Si cui forte ea quae diximus nondum persuase-
rint, Cl. H. DE GROOT Arianis esse annumerandum,
consulat quae de Filii institutione ante incarnatio-
nem ab eo dicta sunt. Semel atque iterum Dei Fi-

verba memoratu digna inveniuntur: "De menschen zijn van Gods
geslacht en natuur, weshalve de goddelijke en menschelijke natuur
ééne en dezelfde is. De overeenkomst en eenheid van beide ligt
daarin, dat God geest is, en de mensch als mensch tegenover de
dieren een geest bezit. Geestelijke wezens zijn dus beide én God én
mensch, waarom dezelfde persoon, een geestelijk wezen zijnde, nu
in de gestaltenis van God, dan in de gestaltenis of gedaante van
mensch kan leven en werken. Er is in deze geestelijke wezens dit
verschil, dat God het oorspronkelijke is, van wien de mensch afstamt."

2) *Comp.* pag. 34.

lius in coelis Divinitus institutus atque perfectione progressus esse ab eo perhibetur; hanc vero institutionem progressionemque in personam, naturâ Deum, non quadrare, quis est qui non videat? Deus, qui non omnia scit, itaque institutione indiget; Deus, qui absolute perfectus non est, itaque perfectione progreditur, Deus vocari non potest, nisi ambiguitate delectamur ¹⁾. Natura, cui institutione opus est, natura est creata, quaecunque alta praedicata illi attribuuntur, quibuscunque superlativis, ut *Deo simillima, praestantissima, cum Patre conjunctissima, Divinissima* aliisque ornetur. Jure igitur dixisse nobis videmur, Cl. HOFSTEDE DE GROOT aliosque theologos *Groninganos*, tametsi Dei Filium creaturam esse diserte non dicant, esse *Arianos* ²⁾.

1) Memoria est tenendum, hic agi de τῷ λόγῳ ἀσάφει, quaestio enim an Dei Filius, homo factus, aliquid nescire progredique perfectione, et nihilominus Deus vocari posset, plane alia est quaestio.

2) Professore *Groningano* nunquam ARII, saepe APOLLINARIS condemnationem condemnare, mirum videtur, quia id, quod APOLLINAREM ab ARIO distinguit, agnitio scilicet Filii Deitatis, ab ipso improbatur. Ubi enim dicit (*de Gron. Godg.* pag. 173): „Wij meenen dat Apollinaris deze eenheid van natuur had moeten handhaven door „er aan vast te houden, dat de mensch van Gods geslacht is, daar „God en mensch beide geestelijke wezens zijn, zoodat het inwonen „van een goddelijken en een menschelijken geest of persoon, dus van „twee geesten of personen in één menschelijk ligchaam niet alleen „iets ondenkbaars maar ook iets overtolligs wordt,” nonne aliis verbis dicit: „placitum de CHRISTI natura humana eademque divina „melius illustrari mihi videtur *Ariano*, quam *Apollinaristico* modo?”

Horum sententiam de Filii necessitudine cum Patre Arianismum appellavimus, *Docetica forma* indutum, non quod *Docetarum*, qui primis nostrae aerae saeculis exorti, CHRISTO corpus vere humanum abjudicant, amplectuntur sententiam, sed quod nexum τὸν Λόγον ἄσαρκον inter et τὸν Λόγον ἔσαρκον sibi ita proponunt, ut CHRISTO humanitatem veri nominis abjudicent ¹⁾. Quam accusationem ut probemus, provocamus ad ea, quae de τοῦ Λόγου explicatione per incarnationem dicunt theologi *Groningani*. Ubi enim Filii vitam terrestrem *continuationem* habent *vitae caelestis et ad majorem excellentiam explicationem*, ubi *feri non potuisse* contendunt *quin peccatum Filium, vitam humanam degentem, contaminavisset, nisi antea in coelis apud Patrem animi facultates exercuisset*, dubitamus, an Docetismi labe absolvi possint. Angelus enim corpore humano indutus potius dicendus est CHRISTUS, quam homo veri nominis, si facultatibus jam exercitatis in mundum venerit. Num

1) Quisque intelligit, Docetismum a nobis latiori sensu accipi, quo postea a dogmaticis acceptus sit. Ceteroquin nemo nos, *Groningano- rum theologorum* sententiam de Filii necessitudine cum Patre Arianismum credentes, *Docetica forma* indutum, nescientes habeat, in aliorum quoque Arianorum systemate Docetismi semina inesse; quamvis enim hoc nos non praeterierit, jure *Groninganorum theologorum* sententiae nomen hoc dedisse nobis videtur, quum nullorum Docetismus tantopere in oculos cadat, atque a nullis nexus τὸν Λόγον ἄσαρκον inter et τὸν Λόγον ἔσαρκον tam Docetico modo sit expositus.

enim homo dici potest, qui suae mentis facultates non humano modo exercuerit? et Docetismi si jure accusamus eos, qui σώματι τῆς δόξης indutum CHRISTUM inter homines apparuisse doceant, nonne multo majore jure ii Docetismi accusandi sunt, qui CHRISTO *animum angelicum* tribuant, longe humano praestantem?

Itaque *Groninganos* theologos quoque (et quidem prae aliis) spectare nobis videntur ea, quae DORNER de Arianis dicit (l. l. I. pag. 904): „Der höhere „vorweltliche Lichtgeist musste doch schon zu einem „hohen Stufe der Tugend, überhaupt der Reife gelangt sein, bevor er Mensch ward. So musste sein „menschliches Lernen and Wachsen, dieser Anfang „vom Niedrigsten, unmöglich, das ganze Werden „Christi doketisch werden.“

VI

V
THESES.

I

Arianismus non ad *Theologiam*, sed ad *Christologiam* pertinet.

II.

Si Semiarianorum *doctrinam* spectamus, Semina-
caenorum nomen potius illis imponendum est.

III.

Minus recte dixit Dr. ZAALBERG in libro *De
biddende Jezus*, pag. 46: "*Uw: Godheid is ons:
Goddelijkheid.*"

IV.

JESUS CHRISTUS, se τὸν Τιδὸν τοῦ Θεοῦ professus, significare voluit, se esse ὁμοούσιον Patri.

V.

Formula καταβῆναι ἐκ τοῦ οὐράνου, a JESU de se ipso non semel adhibita, de descensione locali explicanda est.

VI.

Divina CHRISTUM gaudere natura, recte efficitur ex *Joh.* XX: 28, 29.

VII.

Sententiae, quam de τῷ Λόγῳ proposuit Cl. SCHOLTEN (*Initia Dogm. Chr.* ed. 2, II. pag. 135—137) repugnat JOHANNIS Apostoli doctrina.

VIII.

PAULUS realem CHRISTI praeexistentiam discrete docuit.

IX.

Injuriâ negavit Cl. SCHOLTEN (*Initia*, II. pag. 197)
JESUM CHRISTUM, in coelos evectum, objectum τῆς
προσευχῆς, τῆς προσκυνήσεως et τῆς εὐχαριστίας ab
Apostolis habitum esse.

X.

Vocabula Φανέρωσις et ἀποκάλυψις in ss. ll. pro-
miscue usurpantur.

XI.

Capita XL—LXVI Jesajae vaticiniorum huic scri-
ptori sunt abjudicanda.

XII.

Apostoli in V. F. locis interpretandis saepe
errarunt.

XIII.

Theologia naturalis s. *Philosophia de Deo* docere
nos non potest, quae sufficiant ad vitam bene bea-
teque transigendam.

XIV.

Jus sibi antistites eligendi est penes universum
Christianorum coetum.

XV.



XVI.

XVII.